

Ad quid tenetur offensus? Resp. De rigore non tenetur petere pacem, sed si illam primus procuret, opus Deo gratissimum faciet: Non tenetur etiam offerre satisfactionem, quia ipse nihil debet offensori. Duo autem debet facere, primum est deponere omne odium, & voluntatem vindictæ: secundò, reconciliari inimico pacem petenti, & debitam satisfactionem offerenti. Et si tenuit hoc facere, à confessorè non d. bet ablo vi.

Si inimici invicem se offenderint, quid faciendum? Resp. Videndum an dictæ offensæ fuerint æquales, vel offensæ unus major sit offensæ alterius.

Si offensæ unius sit major, ad quid tenetur? Ref. Tenetur primus petere pacem, & offerre satisfactionem.

Si offensæ sit æqualis? Ref. Ille qui primus fecit offensam tenetur primus procurare reconciliationem.

Si offensor offerat parvam satisfactionem, & offensus petat excessivam, quid agendum? Resp. Standum est iudicio petitorum.

Reconciliatio inimicitiarum placetne Deo? Resp. Res illi gratissima est.

Quid de remissione injuriarum Cat. ait? Ref. Ita ait, Longè omnium præstantissimum officium, quod charitatis plenissimum est, in quo nos maxime exercere convenit illud est, ut injurias, quas accepimus, æquo animo remittamus, atque condonemus.

Quæ merces reposita est ei, qui injuriam remittit? Resp. Remissio suorum peccatorum.

Quis finis reconciliacionis? Resp. Ut pacem habeamus cum omnibus.

Christiani debentne patienter ferre omnia incommoda, & adversantia? Resp. Debent.

Est actus perfectionis æquo animo ferre injurias. Ref. Ita docuit Christus dicens, *Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, & dimitte ei, & pallium: & quicumque te angariaverit mille passus, eade cum illo & alia duo.*

Paræ æquo animo injurias estne actus charitatis? Respond. Est actus perfectæ charitatis: ex hoc enim sequitur concordia, pax, patientia, æquanimitas, & tolluntur odia, ini-

micitiæ, vindictæ, & alia multa, quæ charitati contraria sunt.

*De motivis ad injurias perferendas, & remittendas.*

Num. 3.

**Q**uibus motivis fideles possunt induci ad injurias perferendas, & remittendas? Ref. Ait Carce. multis, & præcipue sequentibus.

Primo. Qui patitur injuriam vel offensam, debet sibi persuadere sicut fecit Iob, quod omnia, quæcunque adversa in hac vita patiuntur; à Deo, qui iustitiae, & misericordiae fons est, proficiscantur; & qui nos, non ut inimicos, sed ut filios corrigit, & castigat.

2. Conferre cogitare, quod homines vel creaturæ, quæ nos offendunt nihil aliud omnino sunt, nisi ministri, & quasi satellites Dei, & quamquam homo potest male aliquem odisse, pessimèque illi cupere, tamen, nisi permistu Dei, nocere nullo modo potest. Ideo homo debet sibi persuadere, sicut Ioseph, & David fecerunt, quod Deus non autem inimici, nobis penas inferat.

3. D. Chrysost. ait, prodesse, si consideretur, quod homo tantum læditur à seipso. Et si enim potest esse, ut quis ab inimico, vel alia creatura aliquid molestum patiarur, tamen si bene consideret, pati molestia non est offensa, aliàs homo diceretur à molestia hyemis offensus; sed bene tunc dicitur offensus si animus odio, ira, invidia nefariè afficiatur; hoc autem ab homine tantum pervenire perspicuum est.

4. Expedi considerare, quàm Deo gratissima sit remissio injuriarum, quod ex eo apparebit, quia Deo remittenti iniurias, promittit & ipse peccatorum veniam condonare.

5. Conferre intueri, quanta dignitas, atque perfectio sit in remissione injuriarum, quando per eam, ut dixit Christus quodammodo Dei similes efficiuntur, qui Solem suum facit *iriri super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos,* & demum est actus perfectissimæ charitatis.

6. Exemplum Christi est maxime motivam ad omne odium & inimicitiam dimittendam: ipse epim pro cru-

DOCTRINA  
CATECHISMI  
ROMANI

*In octavum Decalogi Præceptum.*

De necessitate explicandi  
octavum Præceptum.

*Num. 4.*



Vanam est materia huius tractationis? Respondeo. Octavum præceptum, à quo lingua hominis erga proximos regulatur.

*Ibidem.*

quis est finis illius? Respondeo. Dirigere Patros, chos ad congruam, & opportunam huius præcepti explanationem.

*Ibidem.*

Hæc explicatio est necessaria? Respondeo. Omnino, quia directio linguæ summè necessaria.

*Ibidem.*

Cur tanta necessitas? Res. Primò, quia, peccata linguæ latissimè patent: Secundò, quia ex illis mala innumerabilia, ut dicitur, proficiunt.

*Ibidem.*

Hoc præceptum magnam confert hominibus utilitatem Resp. Ait Catech. Maximam, ideo fideles quantas possunt maximas gratias Deo agere debent.

Hæc tractatio in quot capita dividi debet? Potest dividi in sequentia.

Primum erit, De fama, & de usu linguæ.

2. De octavo præcepto.

3. De actibus vitiosis linguæ in proximum.

4. De actibus virtuosis linguæ erga proximum.

5. De motivis pro observantia octavi præcepti.

*De fama, & de usu linguæ erga proximos.*  
Cap. 1.

Cur modo de fama, & de usu linguæ erga proximos? Res. Quia circa hoc potissimum versatur octavum præceptum.

Quid dicendum de fama? Reso. Explicandum nomen, Definitio, Quatuor cause, Usus, Divisio, virtutes, & vitia ad illam pertinentia.

Hoc nomen fama unde derivatur? Res. A fando, id est, loquendo; quia fama, in eo quod homines de aliquo sentiunt, & loquuntur, fama consistit.

Gloria, & honor sunt idem quod fama? Res. Pertinent ad illam, quia circa idem versantur.

Quid est fama? Res. Est divulgatio facti de aliquo, vel sic. Est existimatio vel opinio, qua ab omnibus de aliquo habetur.

Fama potest ne accipi in bonam, & in malam partem? Resp. Potest. Sæpe tamen fama accipitur pro bona hominum opinione, infamia verò pro mala.

Quid est honor? Res. Honor est testimonium excellentiæ, qua est in homine.

Quid est gloria? Res. Est clara cum laude notitia,

Quantam est materia famæ honoris, & gloriæ? Resp. Omnia cogitata, dicta, & facta hominum, præcipue quæ pertinent ad vitia, vel virtutes.

Quæ forma? Resp. Opinio, vel existimatio, vel loquutio, vel testimonium vel laus, vel notitia hominum de aliqua persona particulari.

Quomodo est hoc? Resp. homines considerantes actiones, verba, cogitationes, qualitates alicujus, concipiunt vel bonam, vel malam opinionem de illo, ex quo postea vel bene, vel malè loquuntur de eodem, vel honore, vel ignominia afficiunt, & in hoc vel fama, vel honor, vel gloria posita sunt.

Quod est efficiens, vel author horum? Resp. Deus, qui virtuti dedit quasi lucem, ac pulchritudinem, ut per eas homines ad ejus amorem, ac laudem allicerentur: Vitiis verò dedit tenebras, & turpitudinem, ut per eas homines vitia odio haberent, atque vituperarent.

DOCTRINA  
CATECHISMI  
ROMANI

In Sextum Decalogi Præceptum.

De necessitate tradendi Doctrinam  
sexti præcepti.

Num. 1.

**E**ST necessarium tradere doctrinam de sexto præcepto? Resp. Est, sed tamen recta ratione opus est id præstare.

Quare est necessarium? Resp. Quia à multis contra hoc præceptum peccatur.

Ibidem.

Quomodo potest fieri recta ratione? Resp. De hoc ita ait Catech. In hac re explicanda cautus admodum sit Parochus & prudens, & rectis verbis rem commemoret quæ moderationem potius desiderat, quàm orationis copiam: Verendum est enim ne dum is latet, atque copiosè nimis explicare sinder, quibus modis homines ab hujus legis præcepto discedant, in illarum rerum sermonem fortè incidat, unde excitandæ potius libidinis materia, quàm restringendæ illius ratio emanare solet.

In hoc præcepto Catec. omnem de concupiscentia tractationem complet-ne? Resp. Non, quia in duobus ultimis præceptis de illa multa dicenda erant.

Quid hoc loco tractandum est? Ref. Dicendum

Præc. 9. 10.

Primò, De voluptate:

Secundò, De virtutibus, & vitiis circa voluptatem:

Tertiò, De sexto præcepto, & de observantia & inobservantia illius.

Quartò

Quartò, de his, quæ inducunt ad observantiam ejusdem præcepti.

De voluptate. Cap. I.

Quid considerandum de voluptate? Resp. Tria, Definitio, Causæ, Usus illius.

Ex Pr. 9.  
Num. 2. &  
seq. art. 19.  
n. 6. ibid.

Quid est voluptas? Resp. est quedam animi vel corporis delectatio.

Bruta habent-ne voluptates? Ref. Habent veluti in cibo, & potu.

2. 6. 9.

Quid est objectum voluptatis? Resp. Illud, quod potest in sensu, vel ratione efficere voluptatem, veluti objecta sensuum, item rationis aliquo modo voluptatis materia sunt.

Actio dicitur-ne materia voluptatis? Ref. Dicitur, quia in illa voluptas sæpè fundata est.

Ibid. nu. 7.  
Ibid. N. 6.

Usus alicujus rei est subjectum voluptatis? Resp. Est, ut patet in usu cibi, ac potus.

Præc. 9. n.  
2. 6. 6. &  
9.

Quodnam est præcipua causa, & fundamentum voluptatis? Resp. Convenientia sive naturalis, sive accidentalis inter rem, & appetitum alicujus.

Ex ibid. n.  
2. 6. 6. &  
Præc. 6. n. 6.

quomodo est hoc? Resp. Convenientia, & amica, grata, & iucunda sunt; contraria verò, & inimica, molestia, & tristitia: causæ esse solent.

7. 9.

Quis est finis voluptatis? Resp. Finis est incitare hominem, & animalia. Primò, ad appetendas res, veluti ex iucunditate, quæ ex cibo, & potu percipiunt animalia incitantur ad appetendum cibum, & potum. Secundò ad urendum rebus, veluti animalia incitantur non solum ad appetendum cibum, sed etiam ad urendum illo propter delectationem, quam habent in usu. Tertiò, Ad perficiendam operationem, illa enim operatio, quæ fit cum delectatione, perficitur per illam, quia delectatio perficit opus. Quartò, Ad amorem conciliandum, veluti voluptas, quam motu habent maritus, & uxor, ordinatur ad causandam inter illos dilectionem: ira voluptas quæ percipitur ex usu beneficiorum Dei ordinatur ad impellendum hominem, ut diligat Deum. Idem in aliis multis erit.

quodnam est efficiens voluptaris? Resp. Deus per naturam duplici modo: Primò inter res ordinavit convenientiam, & conformitatem: veluti inter sensum, & sensibiles

Cat. præc. 9.  
Num. 6.

D d d

intellectum & intelligibile, & appetibile, & alia: Secundo, quia deit homini, & animalibus cognoscendum, & sensum iam dictæ conformitatis, ob fines qui modo dicti sunt.

*Præc. 9. nu. 6. g. 10.* Quotuplex est voluptas? Ref. Duplex, Spiritualis, quæ ad animam spectat, & Carnalis, quæ ad corpus referri debet.

*Pr. 9. nu. 9. & 10. Ibid. nu. 22.* Quæ sunt delectationes carnales? Respondeo, Aliæ dicuntur pertinere ad tactum, ut manucare, bibere & liberis operari dare. Aliæ ad alios sensus, ut sunt choreæ, ludus, venatio pompa, vanitas, conversatio, alia huiusmodi.

*Præc. 9. nu. 10.* Usus harum voluptatum potest esse bonus, & malus? Ref. Ita est.

*Ibidem.* Quando usus erit bonus? Resp. Quando à lege Dei, & à recta ratione regulatur.

Quando erit malus? Resp. Cùm contra legem Dei qui voluptates admittit.

*Ibidem.* Quare modo tot homines contra legem Dei appetunt voluptatem? Ref. Quia post peccatum natura hominis est depravata, ideo appetitus factus est deordinatus.

*De virtutibus, & vitijs circa voluptatem. Cap. 11.*

*Pr. 9. c. 10.* In quo consistit bonus usus voluptatis? resp. In hoc ut homo iuxta præscriptum legis Dei, & rectæ, rationis admittat illam.

*Hic nu. 12. & 13.* Quænam virtutes moderantur usum voluptatis? Respondeo: Temperantia regulat dictum usum in omnibus, voluptatibus: Castitas, sobrietas, abstinencia, ieiunium & alia moderantur hominem circa voluptates particulares.

*Num. 10. & 11.* Quænam vitia deordinant hominem circa voluptatem? Ref. Inemperantia est vitium generale circa illicitas voluptates, Luxuria, Crapula, Ebrietas, Vanitas, & alia deordinant hominem circa particulares voluptates.

*Pr. 7. 6. nu. 10. & 11.* Quænam est regula ad cognoscendas virtutes, & vitia circa usum voluptatis? Resp. Prima lex Dei, secunda recta hominis ratio: Cùm enim homo vel appetit, vel admittit, vel respuit voluptates, iuxta præscriptum legis

Dei, & rectæ rationi, veluti manducare, bibit, dat operam liberis, prout à Deo permillum est, tunc actus illi secundum virtutem esse dicuntur: Si verò contra legem Dei, & rectam rationem fiant non virtuti, sed vitio adscribendum.

*De sexto præcepto. Cap. 111.*

Quodnam est sextum præceptum? Respond. Non mæchaberis.

Quare post præceptum de homicidio datum est? Resp. Ait Car. Recto ordine factum est, ut post præceptum quo hominum vitia à cæde tueret, illud præceptum daretur, quo sanctum matrimonium vineulum adulterij scelere violari prohibetur.

Quis est finis huius præcepti? Ref. Regulare hominem circa corporis, & animi voluptates.

Quæ materia? Ref. Remota, sunt corpora, & animæ hominum; Minus remota sunt corpora, & animi in quibus voluptas reperitur: & in quibus exercendis homines sæpius & excessu amoris praviore peccant: Proxima sunt virtutes, & vitia quæ paulo ante dicta sunt.

Hoc præceptum dividitur in affirmativum, & negativum; Ref. Ita est.

Quodnam est negativum? Ref. Non mæchaberis. *Ibidem.*  
Quod affirmativum? Ref. Hoc. Ut animi, corporisque castitatem colamus. *Ibidem.*

*Explicatio præcepti negativi.*

*Num. 1.*

Præceptum negativum quid prohibet? Respon. Expressè prohibet adulterium, ex consequenti autem sancti Ambrosii, & Augustini aiant, omnia inhonestæ, & impudicæ prohiberi.

Omnes species luxuriæ hoc præcepto prohibita sunt? Ref. Omnes. *Ibidem.*

Omnes illicitæ voluptates, ut Crapula, Ebrietas, Cantus obsceni, Lectio librorum turpium, Tactus impudici, prohibita sunt? Ref. Omnes. *Num. 11.*

Potestne probari ira esse? Respon. Potest tum autoritate Scripturæ, quæ frequenter omnes turpitudines libidinis deestatur: tum ratione, quia omnes impura, & illicitæ voluptates deturpant corpus, maculant animam, obæcant

intellectum, trahant à Deo affectum, totumque hominem ut filium prodigum, faciant à Deo apostatate, post meretricem, & voluptates ite, & in porcis pascendis se occupare, ideo iure optimo sunt prohibita.

Num. 5.

Quare potissimum adulterium prohibitum est? Respond. Quia maximum scelus est, tum quia conjunctionem mariti, & uxoris violat, tum quia sacramento matrimonii, iniuriam facit, ut ex his quæ de matrimonio dicta sunt apparet.

Num. 3.

Quid est adulterium? Respond. Est legitimi thori iniuria, sive thorus sit proprius, sive alienus. Cum enim quis uxoratus peccat cum alia muliere, facit iniuriam proprio thoro: Cum solutus peccat cum uxorata, facit iniuriam alieno thoro. Cum uxoratus peccat cum coniugata: tum proprio, tum alieno thoro iniuriam facit.

*Explicatio præcepti affirmativi. Num. 3.*

Num. 1. 6.

Num. 10.

Etc.

Quid præcipitur in præcepto affirmativo Ref. Temperantia, castitas animi, & corporis. Continentia, & sobrietas, carnis mortificatio, & alia, quæ regulant hominem ne nimium erga voluptates affectus sit.

Num. 6.

Fideles sunt adhortandi, ut pudicitiam, & continentiam omni studio colant, mudentque se ab omni inquinamento carnis, & spiritus? Resp. ait Cat. Magna diligentia hoc est præstandum.

Num. 6.

Debent admoneri quod virtus castitatis non reperitur solum in iis, qui virginitatem servant, sed etiam in his, qui castitatem vitam etiam in matrimonio agunt. dum se à veritate libidine puros, & integros servant? Respon. Sunt admonendi.

*De iis, quæ inducunt ad observantiam huius præcepti.*

*Cap. IV.*

Num. 7.

Quid præcipiuit Parochi circa hoc præceptum debent populos edocere? R. Debent remedia explicare quibus homines doceantur, domitas habere libidines, & coherere volantes, & in hac tractatione, ait Cat. debent diligentissime versari.

Ibidem.

Quæ sunt ista remedia, seu motiva? Ref. ait Cat. Alia in cognitione, alia in actione posita sunt.

Quænam in cognitione versantur? Respond. Sequentia.

Primo, Considerare, quod luxuria, & notabilis intemperantia voluptatis, seu excessus amotis corporis sui, vel alieni, qui contra charitatem sit, hominem privat regno Dei, quod malorum omnium ultimum est.

Ibidem.

Secundo Considerare, Quod fornicator, immundus & luxuriosus peccat in corpus suum, illudque injuriose tractat, quia ejus violat sanctitatem: Et hoc faciunt, quæ de excellentia corporis humani antea dicta sunt.

Ibidem.

Tertio, Cogitare, quod Luxuriosus magnam injuriam facit Christo, quia corpus suum quod est Christi, tollit Christo, & turpiter dat meretrici, voluptati, & turpitudini.

Ibidem.

Quarto, Ita Spiritui sancto injuriam facit, quia eicit dictum Spiritum sanctum à corpore suo, quod templum illius est.

Ibidem.

Quinto, In adulterio sit iniustitia, & injuria alteri conjugum, & in veteri Testamento adulteri lege à Deo data lapidibus obruebantur.

Num. 8.

Sexto, In lege veteri maxime pœnæ luxuriosis datae sunt, ita ut interdum ob peccatum luxuriæ ab uno peccatorum universa civitas, ut de Sichimitis legimus, deleta sit: Idem de Sodomitis & alijs populis apparat.

Num. 9.

Septimo, Luxuriosi cæcietatem mentis, quæ gravissima pœna est, incurrununt, ita ut ad omnia bona peragenda inutiliter, & minime apti redditi sint: veluti David post Adulterium ex misericordissimo factus est crudelis homicida: Et Salomon ob amorem mulierum idololatra effectus sit.

Ibidem.

Octavo, Corpus hominis adeo excellens ob luxuriam sit immundum, impurum, inhonestum, deturpatum, maculatur, contaminatur.

Num. 7.

Nono, Dicitur corpus divino cultui est destinatum: est autem summè indignum ut corpus ita debonestatum, Deo qui est spiritus purissimus, debeat deservire. Dedit enim multum, ut quis magno Regi, inquinatis & sordidis vestibus, deserviat.

Arg. ibid.

Etc. p. 3.

Decimo Cogitare utilitatem carnis, quæ cibus vermium est, ex limo, & pulvere producta, ad quid ergo tanta sollicitudo in voluptatibus illis præparandis?

Memoria mortis maxime docet voluptates fugiendâs esse.

D dd 3

Cogitare quod corporis turpitudines in die iudicii omnibus manifeste cum de deo te fient.

Num. 10.

Tertio-decimo. Quis explicabit, quanta sit dementia pro utilissima, momentanea voluptate, æterna gloria, atque felicitate se privare?

*Ibidem.*

Quarto decimo. Quid dementius quam momentanea voluptate se ad æternas penas destinare?

*Arg. 3. num.*

*7. Cap. 15.*

*Ibidem.*

Quinto-decimo. Cogitare, quod Sancti, Beata Virgo, & Christus has contempserunt voluptates.

*Cat. art. 4.*

*Num. 16.*

Sexto decimo, quis non fugiat voluptates, purissimum B. Virginis, & Christi virginitatem contemplando.

Quid dicam de memoria passionis Christi, qui non solum voluptates contempserunt, sed inexplicabiles labores, dolores, ignominias, & cruciatus subire voluit, unde meditatio passionis Christi ad coercendas voluptates valde defertur.

*Num. 10. 11.*

*12. 13.*

Remedia contra voluptates posita in actione præcipue exteriori quænam sunt? *Re.* Hæc sunt in duplici differentia, quædam remouent libidinis incitamenta: quædam adiuvantia castitatem proponunt.

Quænam tollunt libidinis materiam? *Respondeo.* Sequentia.

*Num. 10.*

Primo. Quia Sodomitæ, & alii propter otium in nefarias libidines præcipites lapsi sunt, hoc est præcipue fugiendum, & honesto labori assidue incumbendum.

*Ibidem.*

Secundo. Crapula, & ebrietas libidinis causa sunt, ideo Scriptura maxime hortatur, ut fideles, illas fugientes, ieiunijs, vigilijs, & corporis afflictionibus maxime incumbant.

*Ibidem.*

Tertio. Animus ad libidinem oculis maxime inflammari solet, ut patet de David, & de senibus, qui Susannam calumniarunt: ideo oculos à vanitate auertere opus est, iuxta illud Salvatoris. *Stoculus tuus scandalizat te, erue eum & proice abs te.*

*Num. 11.*

Quarto. Elegantior ornatus, siue capillorum, siue faciei, siue vestimentorum occasione libidini non parvam læpè præbet. Ideo mulieres, & viri sunt monendi, & oburgandi ne his vanitatibus detineantur.

*Ibidem.*

Quinto. Obscenus, turpisque sermo quasi quædam ignita fax hominum, & præcipue adolescentium animos ad libidinem incendit, ideo maxime vitandus.

Sexto, Cantus delicatioris, & molliores hoc idem præstant, ideo dimittendi.

Septimo, Idem de saltationibus, & choreis, & comæ. *Ibidem.*

Octavo, Idem de libris obscenæ, & amatoricæ scriptis. *Ibidem.*

Nono, Simile est de imaginibus, quæ aliquam turpitudinis speciem præ se ferunt, ideo sacrum Concilium Tridentinum aliqua circa illas decrevit, quæ observare iustum est. *Num. 11.*

Quænam sunt, quæ adiuvant castitatem? *Respondeo.* Sequentia maximam vim habent ad vim libidinis opprimendam.

*Ibidem.*

Primo, Frequens peccatorum confessio, per quam homo ad omni inquinamento carnis virtute sanguinis Christi mundatur, & ad coercendas voluptates corroboratur.

*Ibidem.*

Secundo, Frequens & devotus Sanctissimæ Eucharistiæ usus, per quam Christus omnis castitatis, & puritatis fons in homine, & carne recipitur, unde ad colendam castitatem, & sectandam temperantiam habilitatur.

Tertio, Pix ad Deum preces, ut continentiam nobis largiatur, detque virtutem omnes tentationes superandi, optimum medium est ad hanc virtutem obtinendam.

*Ibidem.*

Quarto, Eleemosynæ, preces dictas apud Deum magis efficaces reddunt.

Quinto, Admodum prodest ad virtutem temperantiæ, & castitatis obtinendam castigare corpus suum & in servitutem redigere, quod fit per ea quæ sequuntur. *Num. 13.*

Sexto, Ieiunia ab Ecclesia instituta, vel proptia devotione suscepta libidinem coercunt.

*Ibidem.*

Septimo, Vigiliæ ad idem deserviunt.

*Ibidem.*

Octavo, Pix peregrinationes idem faciunt.

*Ibidem.*

Nono Omnia quæ carnem affligunt: ut labor, asperitas vestium, perpressio frigoribus, & caloribus, & alia carnem domant, & libidines coercunt.

*Ibidem.*

Decimo. Mortificatio sensuum, & aliarum passionum cordis, ocalorum sensuumque diligens custodia miti-ticè castitatem, temperantiam, & continentiam iuvant.

His & alijs huiusmodi populi ad observantiam hæc præcepti sunt incitandi.

DOCTRINA  
CATECHISMI  
ROMANI

In septimum Præceptum.

De necessitate hujus tractationis.

**Q**UODNAM est subjectum hujus tractationis? Resp. Septimum.

Quis finis? Ref. Dirigere parochos, ut opportunam hujus præcepti explicationem populis tradant.

Num. 1.

Quæ ratio? Ref. Vera hujus præcepti explicatio ad finem dictum accommodata.

Vis, & ratio hujus præcepti debet-ne populis inculcari? Resp. Ait Catech. Vetus fuit mos in Ecclesia hoc faciendi.

Num. 1.

Cur hoc fiebat? Resp. Quia tali Doctrina non solum frequentia illorum temporum contra hoc præceptum peccata corrigebant, sed etiam turbas, ac lites sedabant, aliisque malorum causas, quæ furto comoveri solent, extirpabant.

Ibidem.

His temporibus dicta peccatorum incommoda, & calamitates apud homines sunt? Ref. Sunt.

Nunc eodem remedio Doctrinæ opus est? Resp. Ita, ait Catechismus.

Quid præcipue Parochi explicabunt? Re. Ait Cat. Parochi primum officium, & diligentiam suam conferent ad declarandum infinitam Dei amorem erga genus humanum, qui non solum quinto, & sexto præcepto vitam, corpus, famam, & exultationem nostram tuetur, sed

etiam hoc septimo bona externa, ac facultates munit, atque defendit.

In quot capita dividitur hæc tractatio? Respondo, In septentia.

Primum, Est de facultatibus, & bonis temporalibus  
Secundum, De septimo præcepto.

Tertium, De furto.

Quartum, De rapina.

Quintum, De restitutione.

Sextum, De observantia præcepti negativi.

Septimum, De elemosyna, & de observantia præcepti affirmativi.

De bonis temporalibus. Cap. 1.

**C**Ur dicendum de bonis temporalibus? Resp. Quia Septimum præceptum datum est de illis.

Num. 1.

Quæ sunt ista bona? Rdf. Illa omnia quæ ad utilitatem corporis humani facta sunt, Cælum, Sol, Luna, Stellæ, Aer, Aqua, Terra, Aurum, Argentum, herbæ, arbores, animalia, demum omnia corpora ad utilitatem corporis humani destinata sunt.

Proc. 5.  
Num. 15.

Quid de illis considerandum? Respond. Primò finis, Secundò, possessio, seu dominium. Tertio, Usus, Quarto Virtutes, & vitia circa usum. Quintò, Providentia Dei circa illa.

Ista bona à quo facta sunt? Ref. A Deo.

Deus eget-ne, vel utitur istis bonis? Resp: Non, Deus enim intra se ipsum ditissimus & beatissimus est, nullaque re extra se ipsum eget.

Art. 1.

Ibidem, 15

Quid ergo ad horam productionem induxit Deum? Resp. Ait Catech. Deus nulla vi, aut necessitate coactus, sed sua sponte, & voluntate ob nullam aliam causam, ut rebus, quæ ab ipso effectæ sunt suam bonitatem impertiret, omnia creavit.

Ibidem.

Quis est finis horum bonorum? Resp. Gloria Dei, & utilitas hominum.

ubi infra.

Quomodo gloria Dei? Respond. Quia Deus per dicta bona suam infinitam bonitatem ostendit, suam declarat paternam providentiam. Deinde per dicta bona homines qui illis utuntur, ad Dei laudes celebrandas merito impelluntur.

Art. 1. n. 16

*Prac. 4.*

Quomodo adest utilitas hominum? Resp. Hominēs sive Sole, aëre, arboribus, herbis, animalibus, & alijs nec vivere, ne bene se habere, nec esse possunt, cum illis autem & sunt, & vitam jucundam ducunt.

*Pr. 5. n. 15.**Ex prac. 7.*

Omnia corpora à Deo in gratiam corporis humani facta sunt? Res. Ita est.

*Gen. c. 1.*

Homo habet ne dominium bonorum temporalium? Res. Habet aliquorum, ut animalium, agrorum, & similiarum, cæli verò, aëris non dominium sed usum habet.

*Ex prac. 8.**Ibidem.*

A quo habet dominium? Respond. A Deo, qui in Gen. cap. 1. Dixit homini: Dominamini piscibus maris, &c. In septimo etiam præcepto hoc dominium concedit, atque confirmat: dam prohibet, ne quis rem alienam accipiat illa enim dicitur res aliena, cuius dominium habet: Hoc igitur dominium à Deo est confirmatum.

*Prac. 9. n.**6. & 10.**Prac. 7. 9.**& 19.*

Potest uti alienis? Res. Absque consensu dominorum non potest, cum illo potest.

Hic usus potest esse bonus & malus? Res. Ita est, Alius enim vitiosus alius virtuosus est.

*Ibidem.*

Quænam virtutes circa usum reperiuntur? Res. Multæ, veluti Gratitude erga Deum horum bonorum datorem, Laus & gratiarum actio; Eleemosynæ, Misericordia, benignitas, liberalitas, magnificentia, iustitia, temperantia, paupertas voluntaria, contemptus horum bonorum ad gloriam Dei, & alia huiusmodi.

*Hic num. 1.**& 2.**Num. 1.*

Quæ vitia sunt circa hæc bona? Res. Multa. Iniustitia, avaritia, prodigalitas, crapula, ebrietas, vanitas, otiositas, pompæ, lites, furta, rapinæ, & alia huiusmodi.

Deus habet providentiam horum bonorum? Res. Omnia subsunt divinæ providentiæ.

Deus circa possessionem, dominium, & usum horum bonorum dedit aliquam legem? Res. Dedit septimum præceptum, de quo modo dicendum est.

*De septimo præcepto. Cap. 11.*

*Num. 2.*

Quid explicandum de septimo præcepto? Respond. Nomen, definitio, quatuor causæ, Divisio, & litteralis explicatio.

Cur dicitur septimum præceptum? Res. Quia septimum locum in Decalogo habet.

Quare talem locum habet? Res. Prius præcepta de Deo, de magistratibus, de anima, de vita hominis, postea de facultatibus danda erant.

Quid est septimum præceptum? Res. Est prima regula omnium actuum humanorum circa bona, quæ temporalia sunt, sive sint propria, sive aliena.

Quænam est materia hujus præcepti? Res. Omnia bona temporalia, & illorum dominium, vel possessio, vel usus sunt materia remota; minus remota sunt omnes actus hominum circa bona dicta: proxima sunt virtutes & vitia in eisdem.

Quis finis? Res. Gloria, Dei utilitas hominum, ut dictum est.

Quis effectus? Res. Dirigere hominem, ut circa temporalia bona recte se gerat.

In quot partes divisum est hoc præceptum? Res. Dividitur in affirmativum & negativum.

Quod est negativum? Res. *Non furtum facies.*

Quod affirmativum? Res. *Ait Cat. Hoc Estote benigni ac liberales.*

Quid præcipit affirmativum? Res. Omnes actus virtutum circa facultates, & bona temporalia.

Qui sunt isti actus virtutum? Res. Sequentes sunt principales.

Primus, Est gratitudinis, laudis, & gratiarum actionis, erga Deum talium bonorum datorem.

Secundus, Dilectio horum bonorum moderata & iuxta ordinem charitatis regulata, *id est*, ut non diligantur plus quam oportet, neque minus quam opus sit.

Tertius, Bonus & moderatus usus illorum tam respectu sui, & propinquorum quam omnium hominum, & proximorum, & perne ad liberalitatem.

Quartus, Est patientia, *id est*, pati virtuosè defectus facultatum, si qui sint.

Quintus, Est fortitudinis, nempe ut quis laboret, & operetur manibus, ut obtineat facultates ad usum suum propinquorum, & proximorum necessarias.

Sextus, Est misericordiæ in pauperes, elemosynis illorum miseriam sublevando.

*Ibidem.**11. qu. 100a**art. 5. Hic**per totum,**nu. 1. & 6**Ibidem.**Ibidem.**Num. 23.**Ibidem.**Ibidem.**Ibid. & c.**Prac. 9. n. 1.**& 7.**Prac. 4. n. 5.**Hic n. 16.**& c.**Prac. 9. n.**21.**Hic n. 6. 18**Num. 16.**& c.*



*Pr. 9. per totum ib. & Hic n. 16. Or.*  
Septimus est temperantiae, ut temperate utantur dictis bonis.

*Nu. 1. Or.*  
Octavus: Est paupertatis, nempe, ut renunciet propter Deum iis, quae dicta sunt & illa omnia contemnat, quod liber ut, & vehementius Deum diligere possit: Haec quae omnia ad imitationem Christi facere majoris virtutis erit.

Quid prohibet negativum? Resp. Omnes actus vitiorum circa bona, quae dicta sunt.

Quid sunt isti actus? Resp. Omnes ad quatuor capita reduci possunt.

*P. 4. num. 5 Hic & Pr. 9. per totum.*  
Primum est excessus amoris, nempe cum quis nimis diligit haec bona, & hic excessus appellatur avaritia, cupiditas, intemperantia, amor inordinatus: Hunc sequuntur plurima mala, anxietates, timores, inquietudines, sollicitudines, lites, contentiones, rixae, invidiae, odia, homicidia, furta, rapinae, aliaque multa.

*Ex prac. 4. Num. 5. Hic nu. 18 Or.*  
Secundum est defectus amoris: nempe cum quis non diligit facultates, quantum diligere debet, & hoc tam respectu proximorum, quam sui, veluti cum quis potest impedire damnum iniustum in aliena facultate & non facit: Ita cum quis habens familiam non curat obtinere necessarias facultates ad illius sustentationem, vel facultates quas habent prodigaliter consumit: Iste defectus consistit in otio, prodigalitate, crapula, ebrietate, pompa, vanitate, & huiusmodi.

Tertium est iniusta offensa, haec fit duobus potissimum modis, nempe furto, & rapina, contingitque in emptione, venditione, & aliis, ut dicitur.

*Num. 3.*  
Quartum: Est defectus iustae satisfactionis, seu restitutionis, nempe cum quis rem accepit, vel habet alienam, & non curat restituere illam, ut infra dicitur.

*Num. 8. Or nu. 5.*  
Quomodo probari potest, quod dicta praecipia haec praecipiant, vel prohibeant? Respondeo. Sic. Lex Decalogi est Catechismo, Divo Augustino & D. Ambrosio est summa omnium legum: secundum D. Thomam praecipit omnes actus virtutum, & prohibet omnia vitia: Cum ergo clarum sit, quod dicti actus sint vel virtuosus, vel vitiosus omnino in Decalogo debent praecipiri, & prohiberi: at in nullo alio praecipio fit, recte autem in hoc fit, igitur

*Initio Decal. nu. 12. q. 10. art. 5.*

tur res se habeat, ut dictum est.

*De furto. Cap. 111.*

Quid considerandum de furto? Respondeo, Nomen, Definitio, Quatuor causas, divisio, Damna illius.

Quid significat furtum? Res. Quasi Fert, seu Auferit tuum, sic dictum quia tollit alienum.

Quomodo definitur? Res. Sic Furtum est occulta contrahatio rei alienae invito domino.

Estne bona definitio? Resp. est, quia explicat materiam & formam futuri.

Quanam est materia? Respondeo. Res aliena, per rem autem alienam debent intelligi tum ipsa res, tum dominium, seu possessio, seu ius, seu fructus illarum: Per alienam intelligitur omne illud, quod non est suum, sed alterius.

Quanam est forma? Respondeo. Haec explicatur tribus verbis: primum est contractatio, quae significat omnem iniustam usurpationem, sive damnificationem, ut comburendo, sive accipiendo, ut auferendo, sive utendo, ut alienum equum equitando, sive retinendo, ut si non restituatur, quod debitum est: secundum est occulta, ut distinguatur a rapina, quae palam rem usurpat alienam: Tertium est, invito domino, quia de consensu domini quis potest uti aliena re.

Quis est efficiens futuri? Respondeo. Primum fur, id est ille qui auferit. Secundo omnes cooperatores, de quibus infra dicitur.

Quis finis futuri? Res. Fures possunt habere varios fines ut luxuriam, crapulam, ludum, pompam, & alia huiusmodi.

Quis effectus futuri? Res. Duo praecipue consequuntur furtum, nempe peccatum, & obligatio restituendi.

Quomodo dividitur furtum? Respond. Primum sic. Furtum aliud est reale, & est contractatio iam dicta, & hoc sequitur peccatum & obligatio restituendi: Aliud est mentale, & est non realis contractatio, seu desiderium contrahendi rem alienam, hoc sequitur peccatum, sed non obligatio restituendi. Et haec divisio est ex parte efficientis, id est, furantis. Alia est divisio ex parte materiae; Furtum enim dicitur cum privatum aliquid auferat priva-

*Num. 3.*

*Ibidem.*

*Num. 15.*

*Num. 17. 22. 24. Or.*

*Num. 8. Num. 6.*

to. Dicitur Peculatas, si publico quid surripiatur, quod si homo liber, vel servus alienus in servitatem adducitur Plagium vocatur. Si vero res facta eripitur, nominatur sacrilegium, quod facinus maximum, ac nefarium, & sceleratum est, cum res ad pios usus dicatas, in privatas cupiditates perniciosasque libidines convertuntur.

*Num. 20.* Furtum est ne peccatum? Ref. Grave, & valde perniciosum.

*7.*

*Num. 7.*

Vnde potest hoc cognosci? Ref. Primo, ex ipso furto: Secundo, ex ijs quae illud consequuntur.

*Ibidem.*

Quomodo ex furto? Resp. quia furtum ex sui natura est: iustitiae contrarium, quae suum unicuique reddit.

*Ibidem.*

Quenam mala furtum consequuntur? Ref. Tria potissimum, primum contra humanam omnium hominum societatem, secundum contra proximos particulares, tertium contra seipsum.

*Ibidem.*

Quomodo furtum laedit humanam societatem? Respondeo. Ait Catechismus, bonorum distributiones, iam inde ab initio iure gentium constitutas, divinis etiam & humanis legibus confirmatas, ratas esse oportet, ut unusquisque, nisi humanam societatem tollere velimus, ea teneat, quae ei iure obigerunt. Hoc autem per furtum in humana societate permisum non est.

*Ibidem.*

Quae incommoda ex furto sequuntur in proximis? Ref. Ait Catechismus, Illi quibus occulta res ablatae sunt, multa faciunt iudicia temeraria, cogitantes quod iste, vel ille abstulerit, ex quo erumpunt odia, suscitantur inimicitiae, existunt interdum acerbissimae innocentium hominum damnationes.

*Ibidem.*

Quae mala sequuntur respectu sui? Respondeo. Primo: homo per furtum se reddit reum aeternae damnationis: secundo in ipso manet obligatio restituendi ablatam rem: Haec autem restitutio, quam difficilis sit, experientia docet. Ideo Abacuc ait, *Pauci qui multiplicat non sua insipientes: & aggravat contra se densum lutum: Lutum, ait Catechismus, appellat densum, rerum alienarum possessionem, unde emergere, & expedire se homines difficile possunt.*

*De praecipuis furtorum generibus. Num. 1.*

Quae sunt praecipua furtorum genera? Ref. Catechismus enumerat sequentia. *Num. 8.*

Primo fures, ait sunt qui furto sublatas res emunt. *Ibidem.*

Secundo: qui res occupatas, aut ademptas contra ius retinent

Tertio qui res aliquo modo inventas non restituunt, iuxta illud S. Augusti. *Si invenisti & non reddidisti, rapuisti.* *Num. 9.*

Quod si rerum dominus nulla ratione inveniri potest, illa bona sunt in usus pauperum conferenda. *Num. 9.*

quarto, qui in emendis, & vendendis rebus dolos, & fraudes adhibent. *Ibidem.*

quinto, qui fallaces, & corruptas merces vendunt pro veris, & integris. *Ibidem.*

Sexto, qui pondere, mensura, numero, & regula decipiunt emptores & venditores. *Ibidem.*

Septimo, operarii & artifices, qui toram, & integram mercedem exigunt, cum ipsi iustam & debitam, operam non praestant. *Ibidem.*

Octavo, servi facultates dominorum non fideliter tractantes, fures dicendi sunt. *Ibidem.*

Nono, idem de rerum custodibus, qui infidi sunt. Isti, ait Catechismus, sunt desertabiliores quam reliqui fures, qui clavibus excluduntur, quia ipsi nihil occlusum esse potest. *Ibidem.*

Decimo, qui fictis, simulatiisque verbis, quive fallaci mendicitate pecuniam extorquent. *Ibidem.*

Vndecimo, qui ad privatum aliquod, vel publicum officium conducti nullam, vel parvam operam adhibentes, munus negligunt, mercede tantum, & pretio contenti. *Ibidem.*

Duodecimo, alij plurimi fures, & rerum alienarum usurpatores sunt appellandi. *Ibidem.*

*De rapina. Cap. IV.*

Rapina prohibita est in septimo praeepto: Ref. Omnino quia furto gravius peccatum est, utrumque autem contra bona temporalia peccatum est. *Num. 3. & 4.*

Quare est gravius peccatum? Respondeo. quia in furto offenditur sola res. In rapina cum re, fama quoque offensa est. *Num. 3.*

Quomodo est hoc? Respon. Furto occulte auferuntur res, *Num. 3.*

Rapina furtipitur sciente domino, auferte autem res alicuius ipso sciente, & vidente sine contempnu illius esse non potest.

*Num. 14.*

Cur Deus volens prohibere tum furtum, tum rapinam, minus peccatum, quod est furtum, expressit, & maius, quod est rapina, non explicavit? Resp. Ait Catechismus. Summa ratione id factum est, quia furtum latius patet, & ad plura pertinet, quam rapina, quas tantummodo illi facere possunt, qui potentia, & viribus praesunt. Sed ideo etiam factum est, ut sciaturs quod si levis peccatum prohibitum est, multo magis graviora faciora prohiberi.

Rapina quomodo definitur? Sic. *Est aperta contra-actio rei aliena invito domino.*

*Num. 3.*

In quo distinguitur à furto? Resp. In hoc quod furtum occulte, rapina palam res aufert aliena, in reliquis eodem modo se habent, ut de furto dictum est.

*Num. 3.*

Quenam sunt genera, seu modi rapinarum? *Cat. enumerat sequentia.*

*Num. 10.*

Primo qui debitam operariis mercedem non persolunt, sunt rapaces, & pessimi.

*Num. 10.*

Secundo. Qui Ecclesiarum Praefidis, & Magistratibus debita vestigalia, tributa, decimas, & reliqua hujus generis non persolunt, vel interceptant, & ad se transferant.

*Num. 11.*

Tertio. Feneratores sunt rapaces acerrimi, & acerbissimi, qui miseram plebem compilant, ac trucidant usuras: Est autem usura, ait Catechismus, quidquid aestimabile pecunia praeter capitale acceptum est: Sic enim communiter definitur. *Usura est lucrum ex mutuo.* Hoc facinus, ait Catechismus etiam apud gentes & gravissimum, & maxime odiosum est, ita ut feneratori idem dicatur esse quod occidere: Feneratores enim vel bis eandem rem vendunt, vel certe illud quod non est, vendunt. Cum enim res, quae mutuo datur, sit usu consumptibilis, sit ut res ab usu separari non possit, suntque idem usus, & rescium ergo fenerator distinguit rem ab usu, quia hoc pro re, illud pro usu restitui vult, sequitur quod vel bis vendit rem, vel vendit usum rei distinctum à re, cum tamen talis distinctio esse non possit.

Quarto

quarto. Iudices, qui venalia habent iudicia & pretio, muneribusque acceptis causas optimas pauperum evertunt, contra illos injustam sententiam ferentes.

*Num. 12.*

Quinto. Fraudatores creditorum, qui statuto tempore promissa non solvant. Hoc ait delictum gravius est, quod mercatores ob damnum illis inde sequuntur, cum magno detrimento populorum carius vendant omnia. Ideo Propheta ait. *Machabatur peccator. & non solvet.*

*Num. 12.*

Sexto. Divites qui pauperes debitores acerbissimos molestant, illa etiam pignora contra Dei iussum auferentes, quae ad eorum corpus tuendum sunt necessaria, veluti lectus, ac vestimentum.

*Num. 13.*

Septimo: qui dant operam ut fruges, & omnia ad vitam, & victum necessaria cariora fiant, veluti frumentum, vinum, & alia hujusmodi.

*Num. 14.*

His dictis modis, & aliis multis rapina committi potest.

*De restitutione. Cap. V.*

Restitutio ad quod praecipuum reducitur? Resp. Ait Catechismus, Ad affirmativum, quia praecipit ut res sua unicuique restituatur: Item ad negativum, quia prohibet rem alienam apud se retinere.

*Num. 14.*

Quid de restitutione considerandum? Respon. Nomen, Definitio, Quatuor causae, Radices & Circumstantiae, Quid significat restituere? Resp. In pristinum statum statuere.

quid est restitutio? Resp. Rei prius debita compensatio. Quenam materia illius? Resp. Quatuor bona hominis, nempe bona animae, bona corporis, bona famae, & bona facultatum. Haec enim cum sint vel offensa, vel iniuste retenta, vel aliquo modo alienata, restitutioni subiecta sunt.

*Et num. 3.*

*arg. ibid.*

*Arg. ibid.*

Quae forma? Resp. Illa iusta compensatio, qua satisfacit vel offensi, vel iniuste retentori.

*Ibidem.*

Quis finis? Resp. Iustitia, nempe, ut unicuique quod suum est restituatur: Secundo ut inter homines unio, pax & charitas adsit: Tertio, ut tollantur lites, inimicitiae, iudicia temeraria, & alia mala, quae retentionem rei alienae consequi solent.

*Num. 1, 2, 1.*

Quis est auctor restitutionis? Resp. Deus, qui de illa praecipuum dedit.

*Num. 14.*

Ecc

*Num. 15.* Quinam tenentur ad restitutionem? *Re.* Primò, acceptores iniusti, ut fures, & rapaces: Secundo, acceptores iusti, vel iusti qui ab alio rem accipiunt, ut suo tempore reddant, vel pretium, vel rem: Tertio, Cooperatores iniuste acceptationis, ut furri, vel rapinæ: Quarto, possessores rerum alienatarum; infcio, vel invito domino.

*Ibidem.* Quibus modis aliquis dicitur cooperatores iniuste acceptationis? *Resp.* Duobus, commissione adiuvando ipsam acceptationem, & omissione non impediendo illam.

*Ibidem.* Quomodo quis adiuvatur iniustam acceptationem? *Ref.* Ait Catech. Primò, Imperantes furtum vel rapinam, vel aliam iniustam offensam: Secundo, Suafores illius, seu dantes consilium: Tertio, qui consentiant furtis: Quarto, Participes furtorum: Sextò, Omnes furtorum adiutores, custodes, patroni, quique illis receptaculum præbent, & domicilium.

*Ibidem.* Hi omnes tenentur ad restitutionem? *Resp.* Si iussione, suafione, consensu, approbatione, laude, auxilio vel receptione fuerunt causa furti, vel conditio sine qua furtum non fuisset factum, vel in toto, vel in parte, tunc ad restitutionem tenentur, quatenus furti causa, & occasio fuerunt.

*Ibidem.* Qui dicuntur cooperatores omissione? *Resp.* Primò, qui cum possint furta non impediunt: Secundo, qui cum & furtum factum, & ubi factum sit certò sciant, non incident illud, sed dissimulant se illud scire.

Illi tenentur ad restitutionem? *Re.* Tunc tenentur, cum habeat officium custodiendi rem, ut sunt tutores, custodes agrorum, negotiorum gestores, & similes.

Quinam dicuntur possessores? *Ref.* Illi, qui penes se habent rem furto sublatam; & aliqui dicuntur possessores bonæ fidei, alij malæ fidei.

Quinam sunt bonæ fidei? *Ref.* Illi, qui habent rem alienam nescientes esse alienam.

*Num. 15.* Qui sunt malæ fidei? *Qui* habent rem alienam scientes esse alienam.

Tenenturne dicti ad restitutionem? *Re.* Possessor bonæ fidei statim ac cognoscit rem esse alienam, tenetur restituere rem si habet, si non habet illud in quo factus est di-

sior ab illa re; Possessor malæ fidei, si habet rem tenetur restituere illam, si non habet, æquivalentem, & damna, quæ domino ob suam retentionem sequuta sunt.

Quænam sunt causa, seu radices omnis restitutionis? *Ref.* Dux, una acceptio, alia, *Res, id est,* omnis, qui tenetur ad restitutionem, omnino tenetur ex una harum causarum, nempe vel quia accepit rem, vel quia habet rem esse possessor rei, modo jam dicto.

Filii familias & uxores qui pecunias à patribus, & viris surripiunt, tenentur ad restitutionem? *Ref.* Ait Catech. tenentur. *Ibidem.*

Qui tenentur restituere si non restituunt, possunt saluari? *Ref.* Catech. cum S. Augustino. Non remittitur peccatum nisi restituatur male ablatum; Si tamen quis verè, & realiter esset impotens ad restituendum, salvari possit. *Num. 8.*

*De elemosyna, & de observantia præcepti affirmativi.*  
*Cap. VI.*

**Q**uid debet facere homo, ut observet septimum præceptum affirmativum? *Ref.* Sequentia.

Primò, A Deo omnia sua bona accepta habere debet, illique debitas agere gratias. *Num. 2.*

Secundo, Qui bona non habent studere debent, ut licitis modis acquirant victui opportuna juxta illud, *in suo ore vultus tui vesceris panis tuo*, erit autem virtus si id faciant, ne contra præceptum Dei cogantur furtivè alienas accipere res, unde operarii, artifices, mercatores, & alii cum virtute possunt operari.

Tertio, Qui habent bona, possunt illa possidere, curam illorum habere, & erit virtus, si tale dominum à Deo recognoscant, & curam habeant illa ordinare ad finem, ad quem Deus, ut dictum est, ordinavit: Vnde & Patres familias possunt multum mereri.

Quarto, Aliena sunt restituenda. *Num. 8.*  
Quinto, Bonis proptiis virtuosè, moderatè, temperanter, discretè utendum est, pro sua suorumque sustentatione. *Num. 19.*

Sextò, Elemosyna pauperibus tribuenda. *Num. 16.*  
Septimò, Damna quæ imminet bonis aliorum, sunt impedienda. *Num. 15.*

*Præc. 10.* Octavo, contemptus divitiarum, actus magnæ virtutis est.

*Num. 20.* Nono, patienter pari omnia adversa circa facultates suas, item defectus illatum, ob amorem Dei, res Deo gratissima est.

*Ibidem.* Decimo, Paupertas voluntaria præcipue, quæ voto solemnè à religiosis suscipitur, ut Deo liberius se vivam consilium Christi est, & in se continet perfectionem.

*De Eleemosyna. Num. 1.*

*Num. 16.* **H**oc præceptum quid iubet circa eleemosynam? *Ref.* *Ait Catech.* Ut pauperum, & inopum miseremur, illorumque difficultates, & angustias nostris facultatibus & officis sublevemus.

Parochi debent sæpius de illa loqui? *Ref.* *Ait Catech.* De illa sæpius & copiosissime tractandum est.

*Num. 16.* Parochus ad quem finem, suum de illa dirigit sermonem? *Ref.* *Ait Catech.* Ut instent met fideles ad studium & alacritatem opitulandi iis, quibus aliena misericordia vivendum est.

*Ibidem.* Quid debent potissimum docere? *Ref.* Necessitatem, utilitatem, & modum.

*Ibidem.* Quid circa necessitatem? *Ref.* Explicare præceptum datum à Deo de eleemosyna.

*Ibidem.* Unde patet, quod Deus dederit hoc præceptum? *Ref.* Ex eo, quod Christus dixit, se in die iudicii perpetuis ignibus additurum, qui eleemosynæ officia prætermisserunt: nemo enim æterna pena damnatur: nisi qui in re gravi aliquod præceptum transgressus sit.

*Ibidem.* Quam præcipue ad eleemosynam tenentur? *Respon.* Qui superfluas habent facultates.

Quibus potissimum est facienda? *Respon.* Iis, qui in extrema necessitate sunt constituti.

*Num. 16.* Si quis habens superfluum non det eleemosynam constituto in extrema necessitate, peccabit ne mortaliter? *Ref.* Ita est, ut supra dictum fuit.

*Num. 17.* Parochus quas utilitates eleemosynæ proponet? *Respon.* Præcipue sequentes.

Prima, quod Christus eleemosynatis benedicit in die iudicii, & hæredes eorum constituit.

Secunda, In hac vita Christus promissit, *Quod danti da-*

*bitur.* Item ait, *Accipiet centies tantum nunc in tempore hoc, & in futuro sæculo vitam æternam.* Item dixit, *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula.*

Quid docebit circa modum? *Ref.* Proponet.

Primo, Ut illi, qui non possunt largiri, saltem mutuo dent juxta illud Christi, *Mutuo date nihil inde sperantes: David sicut in homo, qui miseretur & commodat.*

Secundo, qui divites sunt abunde possunt dare, qui non sunt divites hortandi sunt, ut manibus laborent, tum ut otium fugiant, tum ut pauperibus subventiant, & sic in tali labore magnum meritum poterunt habere, & Divus Paulus ad hoc maxime hortatur tum verbo, tum exemplo.

Tertio, Ut parèe vivant, absineatque ab inaribus, & Superfluis impensis, ut pauperibus possint subvenire, sicut beatus Paulus docet esse faciendum.

*De Observantia præcepti negativi. Cap. VII.*

*Num. 20.* **Q**uod studium debent Parochi adhibere, ut inducant populos ad observantiam præcepti negativi? *Respon.* Maximum.

Quomodo hoc præstarent? *Respon.* Primo, debent dictum præceptum explicare: Secundo, Proponenda sunt motiva, quibus ad illius observantiam inducantur; Tertio, Excusationes factorum sunt repellendæ.

Quenam motiva sunt proponenda? *Respon.* Sequentia proponi possunt.

Primo, Quod bona temporalia à Deo creata sunt, & illius divinæ providentiæ subsunt.

Secundo, Quod distributiones, & assignationes bonorum, dominia, & possessiones illorum à jure gentium constitutæ, & à divinis, humanique legibus confirmatæ sunt.

Tertio, Quod non permittere, ut quisque quod suum est possideat, est humanam societatem de mundo tollere & omnia replere confusione, litibus, conventione atque perturbatione.

Quarto, Quod facultates hominum per septimum præceptum sub tutela atque custodia Dei depositæ sunt

ideo qui furto, aut rapina tollit, magnam iniuriam Deo facit.

Num. 10. Quinto, Nemo vult bona sua ab aliis auferri, ideo nec ipse aliis debet auferre.

Num. 16. Sexto, Si Christus in infernum non facientes elemosynam detrudet, quid furibus, & rapacibus faciet.

Num. 10. Septimo, In morte, vi, & necessitate propria relinquuntur, ut quid ergo furtere aliena?

Ibidem. Octavo Qui volunt divites fieri incidunt in tentationem & laqueum diaboli.

Num. 12. Nono, Divitiarum à Christo comparantur spinis. Decimo, Apostolus Avaritiam appellat idolorum servitutem.

Hic 4. 21. Undecimo, Sepe Deus facit ut hæredes furum, & rapacium sint personæ iniustæ, vel quæ illi summo odio fuerint.

Ibidem. Duodecimo, Injustæ divitiarum diu subsistere non possunt. Tertio-decimo, Facultates, quibus res furtivæ commixtæ sunt, aliquo modo in diaboli sunt potestate.

Num. 22. Quartodecimo, Sapiens ait, *Super furem est confusio, & penitentia.*

Quintodecimo, Altissima Christi paupertas debet Christianam à furto, & rapina removere.

Quænam à furtibus excusationes afferuntur? Respond. Multæ, quæ ait Catech. à Parochis sunt confutandæ.

Num. 10. Quæ sunt Respondeo sequentes.

Primo, Quidam excusant furta, quia sine illis amplioro, dignitas, & existimatio familiæ & majorum suorum, dicunt, non possent conservari: Quibus opponendum, Nullam facultatem sine iustitia licere. Magnam gloriam esse Deo obedire: Divites, & potentes iusto Dei iudicio ob sua, vel majorum rapinas in paupertatem & miseriam deduci: Sepe ob furta majorum hæredes pauperes & iniustos factos esse: Incredibile est quantopere his succenset Deus ait Catech. ex Isaiâ Propheta.

Num. 22. Secundo, Alij excusant furta, quia non splendoris, & gloriæ, sed victus & commodioris vitæ causa fieri dicunt. Quibus dicendum: Quod nulla commoditas Dei voluntati est anteponenda. Quod futurum omnino plura sequantur incommoda, quam commoda: Quod nimis

amara est illa commoditas, quæ Deo odiosa est? & quam necesse est sequi confessionem, & penitentiam: Quod commoditas esse non potest, ubi est iniustitia, indignitas, turpitudine, ignominia, atque peccatum.

Tertio. Nonnulli excusant furta, quia divitibus, & locupletibus, qui nihil damni sentiant, surripiant: Quibus dicendum, Deum hæc furtis gravissimè offendit.

Quarto, Alij dicunt ex occasione fures factos fuisse.

Quibus opponendum: Turpissimam esse defensionem, si quis dicat illum excusari à peccato, qui peccat ex occasione: Cum enim mundus dictis occasionibus plenus sit, nullum peccatum excusatione carebit: Occasiones igitur peccati sunt evitandæ.

quinto, Aliqui se excusant dicentes, se furari res alienas, quia & alij furati sunt res suas, quibus dicendum, Nemini licere iniurias persequi, & nullum esse iustum iudicem in causa sua; Et non licere, ut quis sumat penam ab innocente de peccato, quod ab alio commissum est.

Sexto; Denique nonnulli dicunt, se furta facere, ut creditoribus satisfacciant, debitæque sua persolvant: quibus dicendum: Homines maximè esse debitores erga Deum, iuxta illud, *Dimitte nobis debita nostra.* Est autem insanissimæ hominis, ut velit augere debita erga Deum, ut minuat res alienas erga homines: Multo præstat consicri in carcerem, quam in infernum detrudi. Et gravius est condemnari à Deo, quam ab hominibus? Et non licere ut iniuste res auferantur ab uno, quæ dentur alteri. Hæc de septimo præcepto.

cisioribus sic Patrem rogavit, *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.*

7. Odium maxima damna, & molestias infert cordi, cui insidet; cor enim ab ipso occupatur, sanguinis, & vindictæ sitibundum dies noctesque in continua, molesta mentis agitatione versatur: semper cædes, injurias offensas machinatur, ideo odium vulneri comparatur, cui telum infixum hæret.

7. Plurima peccata, & incommoda ex odio proficiunt, illique tanquam vinculo quodam conjuncta sunt, & præcipue illud comitantur, ambulare in tenebris, seu cæcitas mentis ut nesciat quò vadat, ut ait D. Ioannes, ideo necesse erit, ut sæpius labatur in deteriora, veluti condemnate omnia facta, & dicta inimicitæ temeraria, & iniqua iudicia facere: Omnia in deteriorem partem suspicari: Afficere ira & invidia: Murmurare, maledicere, obrectari: Ideo odium à Christo diabolicum peccatum est appellatum.

9. Qui cogitat, quàm excellens opus Dei sit homo, nec non anima, & corpus illius, facile perspiciet non odio, sed amore esse prosequendum.

10. Qui considerat quanta fiat Deo injuria si ejus præcipuum opus despiciatur, facillimè ab odio se abstinabit.

11. Qui meditatur, quàm graves offensas, & injurias passus est Christus & qua patientia atque mansuetudine, concludet omnia adversa à Christiano æquo animo tolerari debere.

12. Conferret memoria mortis atque iudicij, in quibus omnis homo, quàm maximè cupit misericordiam à Deo impetrare. Cum autem certum sit, quod ad illam obtinendam nullum apertius, maiusve remedium invenitur, quàm oblitio injuriarum, & amor in eos, qui nos, verbo, aut facto offenderint, ex tali consideratione mortis, homo ad omne odium deponendum inducetur.

*De observantia, & inobservantia quinti præcepti.*

*Cap. V111.*

**Q**uæ utilitates sequuntur ex observantia hujus præcepti? Resp. Innumeræ, si enim observaretur in familia, domo, civitate, regno, demum in toto mundo, omnia

essent pacifica, homines inter se essent concordēs, unanimes, amici, non essent inimicitia, iræ, rixæ, contentiones, vindictæ, odia, homicidia, offensus, injuriæ, iudicia temeraria, scandala, mala consilia, prava exempla, demum nullus offenderet animam, vel corpus alterius, sed neque suam, vitæ ejuisque esse tuta. Sed quod maius est, non solum ab hominibus removerentur offensus, & mala, sed etiam omnibus bonis per observantiam hujus præcepti in mundo abundarent; miseris, ut nudis, famelicis, infirmis, ignorantibus, errantibus, subveniretur. Vnus homo ab omnibus iuvaretur, defenderetur, custodiretur: Omnia bona aliquo modo essent communia: Senes consilium, juvenes auxilium præberent: Demum per observantiam hujus præcepti omnia mala animæ, & corporis de mundo tollerentur, omnia bona introducerentur: quod est quandam toti mundo communicare felicitatem, quid hac re utilius poterit cogitari?

quæ damna sequuntur ex inobservantia hujus præcepti? Resp. Inexplicabilia, nempe summa miseria & infelicitas. Transgressiones enim hujus præcepti afferunt omnia mala animæ & corporis, vitam quoque ipsam eripiunt, mortem præbent, non liberant à miseris, sed miseros faciunt, occidunt percutiunt, vulnerant, injuria afficiunt, inimicitias exercent, odio prosequuntur: Demum quid mali potest cogitari quod ab omnibus superbis, injustis, facinorosis in alios non perpetretur?

Deus maximè curat, ut hoc præceptum observetur? Resp. Ita est.

qua ratione? Resp. Per iudices, Magistratus, ac Principes, ad quos spectat homines facinorosos ab offensis prohibere; cum offenderint, illos debita afficere pœna.

quare Deus hoc facit? Resp. quia vult homines quietam & felicem ducere vitam.

Parochi debent ista explicare? Resp. Aliquo modo necessarium est.

Quis finis famæ? Resp. Gloria Dei, & utilitas hominum.

Quomodo gloria Dei? Resp. Dat gloriam Deo, quod ab honoratis, & bonæ famæ vitis illi fertiatur.

Quare utilitas hominum? Resp. Maxime Prodest hominibus bona fama, & estimatio.

Ad quid prodest? Resp. Primò reddit hominem idoneum ad officia humana, veluti, Prælatum, Princeps, Magistratum, Doctorem, Confessorem, Concionatorem, Medicum, Paterfamilias, & alij maxime adiuvantur bona fama ob sua munera recte obeunda: Secundò, Inter homines amorem conciliat; de facili enim illos diligimus, de quibus bene opinamur: Tertiò stimulus honoris, famæ, & gloriæ incitat hominem ad virtutes: Quarto, Stimulus ignominie retrahit illum à peccatis: Quintò, per famam efficitur, ut actus virtuosus alijs edificacioni, atque bono exemplo fiat: Sextò, Detestatio vitiorum, quæ fit per infamiam, & ignominiam reddit homines cautos ut in seipsis fugiant, quod in alii reprehendant.

Fama inter bona hominis numeratur? Resp. Numeratur, & post bona corporis collocatur.

Homo potest ne diligere famam suam, & proximorum? Resp. Ex præcepto Dei id facere tenetur.

In tali amore potest ne mereri? Resp. Si diligit, ut Deo, obediatur, & ordinem charitatis in hac dilectione observet, cum merito esse potest.

Ad quor capita possunt reduci actus virtutum circa famam? Resp. Ad Duo, Charitatis, & iustitiæ.

Ad quor capita possunt reduci omnes actus vitiorum circa illam? Resp. Ad quatuor, nempe. 1. Ad excessum amoris: 2. Ad defectum amoris; 3. Ad injuliam offensam; 4. Ad defectum iustæ satisfactionis, ut supra dictum est.

Quid est usus famæ? Resp. Est applicatio illius ad finem, ad quem Deus illam ordinavit.

Potest esse bonus, & malus? Resp. potest.

Quis est bonus usus? Resp. Est ille, qui à virtute applicatur ad debitum finem, nempe ad gloriam Dei, & ad virtuosam sui, & proximorum utilitatem.

Quis malus usus? Resp. qui iam dicto bono cõtrarius est.

Quanam virtutes regulat bonum usum famæ? Resp. Tres

Theologica, & quatuor Cardinales.

Quomodo Theologica? Resp. Demonstrant omnem bonam famam ad Dei gloriam referendam: Charitas, verò in particulari dirigit, ne plus æquo, nève minus iusto famam diligamus.

Quomodo Cardinales? Resp. iustitia docet, nullius famam esse ledendam, quod si læsa fuit, lesionis satisfaciendum: Vnicuique debitum honorem tribuendum. De nullo temerè iudicandum. Temperantia docet, superbiæ, vanamque gloriam esse vitandam: De se humiliter sentiendum: Ab excessu amoris famæ abstinendum. Fortitudo dirigit ad fortiter injurias, calumniasque perferendas, illasque amore Dei remittendas, Prudentia docet, quomodo, & qua ratione famæ, & estimacioni suæ & proximorum sit consulendum.

Lingua deservit ne ad famam? Resp. Est quasi artifex illius.

Quomodo est hoc? Resp. Ex eo, quod homines bene, vel, malè loquantur de aliquo, sequitur bona, vel mala fama illius.

A quo dirigitur lingua ad bene loquendum? Resp. Primò à præcepto Dei: Secundò à virtutibus, quæ dicte sunt.

*De octavo præcepto. Cap. 1.*

Vid de hoc præcepto considerandum? Resp. Nomen, Definitio, Causæ, divisio, Necessitas, utilitas.

Cur dicitur octavum? Resp. Quia octavo loco positum est.

Cur ibi positum? Resp. Ob rationis superius dictam, nempe: Primò, quia prius de bonis animæ, & corporis, postea de bonis famæ tradenda præcepta erant. Secundò, quia prius de operibus, postea de verbis in ordine ad proximos præcipiendum erat.

Quomodo potest definiri octavum præceptum? Resp. Sic

*Est prima regula omnium verborum, & locutionum respectu sui, & proximorum.*

Quanam est materia octavi præcepti? Respondeo. Remota sunt homo ipse, & proximi illius: Minus remota sunt fama, honor, & gloria illorum: Minus adhuc remota sunt actus, seu verba, seu locutiones linguæ de ipso

*Num. 1.*

*Num. 8.*

*Ses. 6. c. 11.*

*¶ 16.*

*Præ. 4. n. 5.*

*Hic. n. 20.*

*12. qu. 100  
arb. 5.*

*Ex un. 1.  
¶ c.*

*Ibidem.*



& de proximis: Proxima sunt virtutes, & vitia circa illa, quæ ab aliis dicuntur proximi? Res. ait Catec. Primò hominum aliquid modo proximus esse dici potest: Secundò. Omnes qui egent opera nostra, quicumque illi sint proximi nostri sunt appellandi. Et omnes homines viatores, & existentes, in purgatorio tales sunt.

quis finis? Res. Gloria Dei & utilitas hominum, ut dictum est.

*Num. 1. 3. 4. &c.* Quis effectus hujus præcepti? Res. Regulare linguam & verba, & locutionem, & usum illius in ordine ad seipsum, & ad proximos suos.

In quot partes dividitur? Res. In affirmativum, quæ præcipiuntur virtutes, & in negativum, quæ vitia prohibita sunt.

*Num. 2. Ibidem.* Quodnam est præceptum negativum? Res. Hoc, non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

quis est sensus hujus præcepti? Res. Talis. Ne malè vitiosè loquaris contra te, & proximum tuum.

*N. 2. 3. &c.* quod est affirmativum? Res. Ex Apostolo est hoc:

*Num. 2.* Veritatem facite in charitate, id est, Deposita omni simulatione, atque fallacia, dicta & facta vestra simplici veritate prædita sint, quod est dicere, Benè, & verè, & virtuosè loquimini cum proximis vestris.

*De testimonio erga seipsum, & proximum.*

*Num. 2.*

*Num. 16. Ibidem.* Quid de testimonio considerandum? Res. Nomen, Definitio, Causæ, Divisio, Necessitas, Vñs, quid significat testimonium? Res. Idem, quod testium minus, seu officium.

quid est testimonium dare? Res. Est facere fidem de veritate, vel falsitate alicujus rei.

*Num. 3. & 16.* quæ materia? Res. Cogitationes, verba, dicta, facta, affirmationes, negationes, promissiones, res, & alia ad homines pertinentia sunt materia illius, quia de dictis quis poterit testimonium perhibere.

*Num. 3.* quæ forma? Res. Est constans, & firma locutio de veritate vel falsitate alicujus rei.

*Num. 3. & 16.* quis finis? Respondeo, Facere fidem de veritate, vel falsitate.

Quis introduxit illud? Res. Lex naturæ ad hominum *Ibidem.* utilitatem, seu necessitatem.

quænam est necessitas? Res. ait Catec. Innumerabiles *Num. 16.* res à nobis ignorari necesse est, nisi eas ex testium fide cognoscamus.

Quotplex testimonium? Res. Aliud est in iudicio, aliud extra iudicium.

Octavum præceptum quodnam horum prohibet? Res. *Num. 3. &c.* Vitiumque, sed præcipue illud, quod in iudicio cum iuramento proferri solet. *Ibidem.*

Cur magis hoc? Res. Quia hoc habet plurimum fidei, & ponderis, ita ut ne iudices quidem sine causa possint illud rejicere, ideo plurimum nocimenti afferre potest. *Ibidem.*

Hoc præceptum prohibet tantum falsum testimonium, cum est contra proximum, an etiam cum est contra seipsum? Respondeo. Etiam cum est contra seipsum. *Num. 4.*

Nonne dicitur, quod homo est dominus suæ famæ, & hoc præceptum est contra proximum? Res. Homo tenetur diligere seipsum, & bona fama est illi necessaria ad bene vivendum & est membrum Ecclesiæ, ideo non potest falso testimonio lædere famam suam. *Ibidem.*

Falsum testimonium quando non est contra seipsum, aut proximum, sed potius illis utilitatem, & commodum affert, prohibitum erit? Res. Absque dubio prohibitum est. *Num. 5.*

quæ mala sequuntur ex falso testimonio in iudicio prolatò? Res. Si est contra proximum, vel seipsum nocet illis; Si fauet uni, nocet alteri; Iudici affertur causa errandi in iudicando: Nonnunquam fit, ut qui tali falso testimonio causam vincit, fiat insolens ex tali victoria, unde maiora committat delicta, sperans per falsos testes omnia sua crimina posse celare: Ipse testis à reo perituri agnoscitur, & ob hoc ad alia falsa testimonia, vel similia mala ab eodem, vel aliis requiretur. *Num. 6.*

Hor præcepto prohibita sunt tantum falsa testimonia? Res. Prohibita sunt omnia mendacia, simulationes, fraudes, deceptiones, detractiones: Denique omnia verba, quæ malè prolata sunt. *Num. 1. & 2.*

*De actibus vitiosis lingua in proximum. Cap. III.*

- Q**uam sunt actus linguæ in proximum vitiosi? resp. Alij sunt in iudicio, alij extra iudicium.
- Num. 1.** qui extra iudicium? resp. Ait Cat. sequentia.
- Primò, Omne mendacium quodcumque illud sit, item nimia loquacitas, verba quoque otiosa.
- Num. 2. 3.** Secundo, Omnis simulario, & fidiò, quæ contra rectam rationem fiunt.
- ¶** Tertio, Fallaciz, & doli, & fraudes, & acceptiones verborum.
- Num. 2. 4.** Quarto, Maledictiones, & imprecationes malorum.
- Num. 2. 5.** Quintò, Detractiones, murmurationes, contumeliaz, convicia, impropria, injuria, & alia.
- Num. 8.** Sextò, Assentatores, qui etiam de peccatis, & vitiosis homines laudant.
- Num. 8.** Septimò, Amici, qui mortifero morbo laboranti negant esse periculum, cum sint, ita cognati, & propinqui.
- Num. 11.** Octavo, Libellorum famosorum authores.
- Num. 12.** Nonò, Mendacium iocosum, vel officiosum, item hypotifis.
- Num. 13.** Decimò, Supra omnia est grave peccatum, Obrectatio, & impugnatio Catholicæ fidei item malè loqui de Doctoribus Ecclesiasticis, & magistris malorum doctrinarum, & errorum extollere laudibus.
- Num. 9.** Undecimò, Qui seminant inter cives, & amicos discordias.
- Num. 10.** Duodecimò, Qui audiunt dictas malas loquutiones, nec impediunt eam possint, atque debeant.
- Num. 12.** Quænam mendacia sunt graviora? Resp. Illa, quæ cum damno alterius sunt, sed maxime illa quibus de religione, vel in religionem mentitur.
- Num. 7. 6.** Quinam possunt in iudicio lingua peccare? resp. Ait Catech. Primò Accusatores, & rei in criminalibus: Secundo, petitores, & actores, & debitores in civilibus: Tertio, Testes.
- Num. 14.** Quarto, Advocati, Patroni, Procuratores, Notarij. Quintò, Indices, & Magistratus. Quæ sunt prohibita iudicibus? Resp. Ne contra iustitiam; & leges iudicia exerceant, sententiæve ferant,

Ne incognita re, & causa iudicent: Ne condemnent innocentes, & absolvant nocentes: Ne pretio, aut gratia, ne odio, aut amore moveantur. Ne apud illos sit acceptio personarum, sed ita parvum, ut magnum audiant.

Quid de reis dicendum? Resp. Vult eos Deus verum confiteri, cum ex iudicij formula interrogatur, mendacium enim tunc illis prohibitum est.

Quid de testibus? Resp. Ait Cat. his à Parocho diligenter agendum est: Illis Deus non prohibet falsum testimonium solum, sed inperat etiam, ut verum dicant: De hoc ait S. Aug. Qui veritatem occultat, & qui dicit mendacium, uterque reus est: Ille quia prodisse non vult: Hic quia nocere desiderat: Extra iudicium interdum licet verum tacere: In iudicio testis à iudice legitime interrogatus verum omnino fateri debet: Cavendum tamen illi est, ne suæ memoriæ animum confidat, affirmetque pro certo, quod exploratum non habet.

Quid Deus prohibet patronis, Advocatis, & aliis causarum actoribus? Resp. Vt benignè superveniant agentibus. Vt opera, & patrocinio suo non desinat necessarius hominum temporibus: ut in iustas causas non defendant, ne calumnias, lites protrahant: ne alant avaritiam ut mercedem laboris & operæ suæ iure & æquo metiantur.

Quid monendum accusatoribus, actoribus, & petitoribus? Resp. Ne contra iustitiam, aut passione aliqua, ut amore, vel odio, aut avaritia adducti, lites, seu accusationes tentent: Vt verum semper dicant, & ex animo loquantur: Numquam contra alicujus famam loquantur, etiam si ab illis contra iustitiam liti arbitrentur, cogitant inter ipsos talem esse conjunctionem, ut ejusdem corporis, quod est Ecclesiæ membra sint.

*De actibus vitiosis lingua in proximum. Cap. IV.*

**P**ræceptum affirmativum præcipit omnes actus virtutum linguæ erga seipsum, & proximum? Resp. Ita est. Ad quor capitula illi actus reduci possunt? Resp. Ad duo, nempe ad illos, qui fiunt in iudicio, & ad illos qui fiunt extra iudicium.

quomodo quis virtuosè se geret in iudicio? Respon. Si

*Num. 15.**Num. 16.**Num. 17.**Num. 18.**1. 2. qu.**100. art. 7.**Num. 7. 6.*

fiant quæ in precedenti capite dicta sunt.

Qui sunt linguæ actus virtuosi extra iudicium? Resp. Multi, veluti sequentes.

Num. 1.

Primò. Diligens custodia linguæ, ne labatur in sermone.

Num. 1. 2. 9.

Secundò. Perpendere tempus, locum, circumstantias loquendi, atque tacendi.

Èc.

Tertio. Exercere se in silentio, exemplo Christi, qui illud utique ad trigésimum annum servavit.

Ibid. arg.

Quartò. Fugere omnia vitia, & peccata linguæ, quæ dicta sunt.

Num. 1. È

20.

Quintò. Recognoscere linguam, ut maximum Dei beneficium, de illòque gratias illi agere.

Num. 20.

Sextò. Vt lingua iuxta finem à Deo illi datum.

Ex nu. 20.

Septimò. Vsum linguæ subdere legi Dei, rectæque rationi.

Num. 20.

Octavò. Dei laudes frequentissimè, & devotèque celebrare.

Num. 20.

Nonò. Verbis consolari afflitos, docere ignorantes, corrigere delinquentes, & similia præstare.

Decimò. Concionatores, Confessores, Senes, Patres, & superiores lingua erudire inferiores.

Vndecimò. Semper loqui cum veritate, & ex animo, & sincerè proximis.

Num. 1. 2.

Èc.

Duodecimò. Non uti clamorosa, aut indecora locutione.

Ex num. 1.

Decimo-tertiò. Bene loqui de proximis, in quantum veritati conformem est.

Ex n. 30.

Decimo-quartò. Aliarum delicta excusare, sua accusare.

Arg. ibid.

Decimoquintò. Res à proximis bene gestas opportune laudare, suas opportune tacere.

Decimo-sexto. Honore in loquendo afficere majores, superiores: Aliàque huiusmodi.

Quam intentione isti actus sunt elicendi? Respon.

Primò, ut legi Dei pareamus: Secundò, ut rectæ rationi nostras locutiones conformemus: Tertio. Vt lingua utamur iuxta finem à Deo illi datum: quartò. Vt nostra locutio secundum virtutem sit: quinto. Vt Deo gloriam, nobis ac proximis utilitatem exhibeamus.

De

De motivis pro observantia octavi præcepti. Cap. V.

Valis doctrina à Parochis de hoc præcepto tradenda est: Resp. Primò debent explicare hoc præceptum, quod pertinet ad intellectum: & Secundò proponere motiva, quibus populi ad observantiam illius inducantur, quod pertinet ad voluntatem.

Quænam sunt ista motiva? Resp. Generaliter loquendo sunt: Necessitas, utilitas, facilitas, damna, incommoda, iustitia, honestas, & similia in particulari, sequentia talia dici possunt.

Quænam, quia Deus præcipit virtutes, & prohibuit vitia, quæ dicta sunt: Homini autem parendi legi Dei necessitas, sub maximis pœnis data est.

In die iudicii, ait Christus, De omni verbo otioso, multo magis vitioso rationem reddere opus est.

Impossibile est vitare pœnas, quas Deus peccatis linguæ daturum se dixit.

Damna inexplicabilia abusum linguæ sequuntur, tam respectu Dei, quam sui & proximorum.

Deus gravissima pœnas illi apposuit: *Maledicti regnum Dei non possidebunt: Vir linguosus non dirigerur in terra: Perdes omnes qui loquuntur mendacium:* & alia huiusmodi.

Qui abutitur lingua, Deo iniuriam facit, abutendo tam nobili instrumento ab illo cum maxima hominis utilitate dato: & maxima injuria Dei est, pervertere finem, quem ipse linguæ dedit.

Qui loquitur, contra proximum, illum offendit: Qui malè loquitur, illum scandalizat: Ex peccatis linguæ mundus repletur malis, Facultates, fama, vita, animæ salus periclitatur: Qui læditur sæpè offensas patienter ferre non potest: ideo vult illas persequi, & se vindicare, hinc lites contentiones, rixæ, inimicitiz, injuriæ, cædes, aliàque mala proficiuntur: Quod si sermone malam contineant doctrinam, vel vitiosus sint, replet mundum mendaciis, atque peccatis: Ecce quam modicus ignis linguæ, mundum veluti magnam sylvam incendit.

Dammum infert sibi, qui malè loquitur; deturpat, dehonèstat linguam suam: Faman suam lædit declarando, in animo suo vitia residere: Reddit se aliis odiosum, & mi-

Num. 2. Èc.

Num. 23.

Num. 19.

Num. 1. Èc.

1. Cor. 6.

Ex n. 1. 20.

Num. 1. 7.

Num. 13.

19. 20.

nus gratum: Multos sibi inimicos facit; Dat occasionem aliis ut sibi maledicant.

*Præc. 10.*

Vilitates multæ ex bono usu linguæ sequuntur. Homo sic Deum honorat: Potest mereri tali usu vitam æternam, & fugere infernum. Vitæ damna, quæ dicta sunt: Reddit se benevolum, & amabilem, & gratum aliis: Prodest proximis: Seipsum virtutibus decorat.

*Nam. 1.1.*

*Exc.*

Inustum est Deo obedire, Neminem lædere: Linguam ad proprium finem destinare: Unicuique quod suum est tribuere.

Bonus linguæ usus res digna, honesta, excellens, laudabilis est: Vbi enim est virtus, ibi etiam ista sunt: Hoc bono usu Confessores, Concionatores, scriptores, Doctores, Prælati, Magistratus, Poetæ, Oratores, & alii famam, honorem, & gloriæ sibi comparant.

*Nam. 1.2.*

Facilitas, Non est difficile uti linguæ ad finem, qui illi connaturalis est. Facere alteri quod quis vult fieri sibi, difficile videri non debet, Natura ad bene loquendum inclinatur: Si natura corrupta, ut infirma, habet difficultatem, sanata à gratia, & divinis auxiliis confirmata omnia posse sperare debet: Nihil difficile volenti.

Iucunditas: Nihil iucundius, quàm bona conscientia, & operari secundum virtutem. Eff. Cus recti sermonis iucundissimi sūt: In abusu linguæ molestiæ maximæ reperiuntur.

Difficultates in abusu: Qui proximum lædit verbis in maxima se constituit difficultate salutis. Cum enim peccatum sine satisfactione sanæ non remittatur: Hæc autem satisfactio fiat vel patris offensæ remissione, vel patris, quæ fecit offensam, humiliatione: Verumque autem difficillimè fiat, sequitur difficultas magna salutis, ut dictum est.

*Nam. 19.10.*

Ait propterea Catechismus: Gravitas abusus linguæ ex multis cognosci potest: Diabolus dicitur mendacii pater: Mendaces in grave odium Dei incurrunt: Impium est eadem lingua benedicere Deum, & maledicere proximos. Vanitate & mendacio fides, ac veritas de mundo tolluntur, quæ humanæ societatis ætissima vincula sunt: unde illis sublatis, summa confusio in hominibus, sicut in Dæmoniis, quod sequatur necesse est.

*Nam. 21.23.*

23.

Excusationes Catechismus sic confutat: Si quis dicat, Prudentis est mentiri in tempore? Respondendum, pru-

dentiam carnis mortem esse: Et non esse magis vitandum sicut præstantiam, quàm Dei providentiæ: Si alius dicat Mendacium mendacior compenari posse. Dicendum, Vindictam esse prohibitam, & nullum suo detrimento debere se vindicare. Si opponat difficultatem, & fragilitatem naturæ: proponenda auxilia gratiæ: Si quis dicat se ex consuetudine peccare linguâ: Dicendum, aliam procurandam esse consuetudinem bene loquendi: Si dicatur plurimos linguâ peccare: dici debent, malos, & peccatores non esse imitandos: Si dicant sæpe vera dicendo mala passos esse: dicendum, Christianum potius debere omnia mala pati quàm peccare, qui dicitur se joco mentiri, vel utiliter: dicendum: De omni verbo otioso in die iudicii rationem esse reddendam; & Quærenti primò regnum Dei, cætera esse illi adicienda. His & similibus populi ad obsevanciam huius præcepti adduci possunt.

DOCTRINA  
CATECHISMI  
ROMANI

*In Nonum & Decimum Præceptum.*

Non concupisces domum proximi tui; nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia, quæ illius sunt.



Quænam est materia huius tractationis? Resp. Nonum & decimum præceptum.

Quis finis? Resp. Dirigere Parochos ad congruam illorum explicationem.

Quid hoc loco tractandum? Resp. Primò de præceptis: Secundò, De observantia illorum: Tertio, De Motivis pro dicta observantia.

In quot capita dividenda tractatio? Resp. In quatuor. Primum erit de corde & de concupiscentia.

Secundum, De nono & decimo præcepto.

Tertium, De actibus virtuosis & vitiosis cordis erga proximos.

4. De motivis pro observantia dictorum præceptorum.

*De corde, & eius concupiscentia. Cap. I.*

**H**omo habet cor? Ref. Habet, & est principalis illius pars.

Quæ sunt partes hominis principales? Ref. Cor, lingua, & manus, seu membra exteriora, sed cor primum inter omnes partes locum habet.

Quid est cor? Resp. Est primus fons, vel prima sedes cognitionis, & amoris.

Quæ sunt principales illius operationes? Ref. Cognitionis, & dilectio.

Quis finis? Ref. Primò, Deus ut cognoscendus & amandus propter seipsum: Secundò, proximus, & bona ipsius ut cognoscendus & diligendus, non propter seipsum, sed propter Deum.

In corde adest vis cognoscendi, & a mandis? Respondeo. Adest.

Quanam illarum est principalis? Ref. Vis amandi; Cognitionis enim in gratiam amoris data est.

Quomodo appellatur vis amandi? Resp. Voluntas, seu appetitus.

Quomodo vis cognoscendi? Resp. Intellectus seu ratio.

Quomodo hæc duo ad invicem sunt ordinata? Respondeo. Intellectus, & ratio iudicant voluntati, quæ res sint bonæ, vel malæ; quæ diligendæ, vel odio habendæ: voluntas debet juxta præscriptum rationis diligere, & amare.

In corde adest-ne vis concupiscendi res quæ sunt extra se? Resp. Adest.

Quomodo appellatur hæc vis? Respondeo. Concupiscentia.

*Num. 6.*

*Ibidem.*

Quis dedit illam cordi? Ref. Ait Catech. Deo auctore à natura nobis inſita est.

Hæc vis bona, an mala est? Ref. A Deo bona, & recta, & rationi obtemperans data est, sed primorum parentum noſtrorum peccato, factum est, ut illa naturæ fines transiens, usque adeo depravata sit, ut ad ea concupiscenda sæpe extiterit, quæ spiritui, & rationi repugnant.

Quid est hæc concupiscentia? Resp. Ait Catech. Est commotio quædam ac vis animi quæ impulsit homines, quas non habent res iucundas appetant.

Quanam materia illius? Ref. Res iucundæ non habite.

Quæ forma? Resp. Ille impulsus vel commotio appetitus.

Quod efficiens? Resp. Illa vis à natura in corde hominis radicata.

Quis finis? Ref. Vt homo extrinſeca, seu non habita opportune appetat & obtineat.

Hæc concupiscentia potest-ne esse bona, & mala? Resp. Distingendum est de vi concupiscendi, & de ipsa concupiscentia, illa dicit potentiam, hæc usum potentia: Illa quatenus à Deo est, bona existit, prout verò à peccato corrupta est, non mala, sed infirma, & depravata dicitur, quatenus verò dicit usum, & exercitium concupiscentiæ: tunc bona & mala esse potest.

Nonne D. Paulus hæc concupiscentiam appellat peccatum? Ref. Appellat, non quia sit peccatum, sed quia est à peccato, & inclinatur ad peccatum.

Quanam concupiscentia est bona? Resp. Illa, quæ à lege Dei & recta ratione regularatur.

Quæ mala? Ref. Illa, quæ contra legem Dei, & rectam rationem concupiscit.

Hæc mala quomodo vocatur? Ref. Concupiscentia carnis & fomes peccatis est dicta quia in concupiscendo quis non sequitur rationem sed carnalis appetitum.

Si quis famelicus appetat cibum, vel sitisens potum, vel frigidus ignem, aut vestem, dicitur-ne male concupiscere? Resp. Non, nisi contra legem Dei aut rectam rationem concupiscat.

Quanam virtutes moderantur hæc rectas concupiscentiam? Resp. Primò charitas, quæ determinat ordinem & finem dilectionis; ita ut nec plus, nec minus di-

*Ibidem.*

*Num. 6. 7. 9. &c.*

*Num. 6.*

*Ibidem.*

*Ibidem.*

*Ibidem.*

*Ibidem.*

*Num. 6.*

*Num. 10.*

*Seff. 5. De præc. orig.*

*Hic nu. 8.*

*Num. 7. &c.*

*Num. 10.*

*Num. 20.*

*Num. 6.*

*Præc. 4.*

*Num. 6.*

*Hic. 31.*  
14. *5r.*

ligere permiffum fit: Secundo, iustitia, quæ vetat aliena concupiscere; Tertio, temperantia, humilitas, sobrietas, modestia, castitas, & similes, quæ temperant excessum dilectionis; Quarto, Fortitudo, patientia, magnanimitas & similes, quæ docent concupiscere etiam ardua & difficilia, & laboriosa, & in iucunda, & molesta propter virtutem: Quinto, Prudentia docet modum res opportune appetendi.

*Cap. Ibi.*

Quæ vitia deordinant usum concupiscentiæ? Res. Primò amor sui, amor mundi, carnis, & voluptatis. Secundo, Injustitia, quæ facit concupiscere res alienas. Tertio, Intemperantia, quæ permittit excessum appetendi, & quod non debet, & plus quam debet; ad hanc luxuria, gula, superbia, & similia reducuntur. Quarto, Timor mundi, vel carnis & sanguinis, pigritia, acedia, otiositas, & similia, quæ faciunt, ut quis laboriosa non concupiscat. Quintò, Impudentia, & inconsideratio, quæ inordinatam admittunt concupiscentiam.

*De nono, & decimo præcepto. Cap. 11.*

Quæ consideranda, ultimis præceptis? Res. Nomen, definitio, Causa, distinctio, Divisio, Necessitas, Utilitas.

Quomodo vocantur hæc præcepta? Res. Nonum dicitur penultimum. Decimum ultimum appellatur.

2. 2. *94.*  
100. *art. 5.*

Cur tali loco sunt posita? Res. Ratione jam dicta, quia respectu proximorum primò de operibus, secundo de verbis, ultimo de cogitationibus danda præcepta erant.

Quænam est illorum definitio? Respondeo. Hæc sunt prima regula actuum cordis humani erga seipsum, & proximos.

*Ex n. 1. 4r.*

*Ibidem.*

Quæ materia? Res. Remota est cor hominis. Mias remota concupiscentia illius. Proxima virtutes, & vitia, quæ circa dictam concupiscentiam reperiuntur.

quæ forma? Res. Modus, quo hoc præceptum regulat concupiscentiam.

*Num. 1.*

*Num. 1. 1.*

Quis finis? Res. Primò, Gloria Dei: Secundo, Obsecrantia totius legis: Tertio utilitas hominum.

quomodo gloria Dei? Res. Cor hominis, si amore terrenorum valde sit occupatum, & plenum dilectionis

Dei capax non erit, ergo habilis reddatur ad Deum toto corde diligendum, præscribitur illi, ut non concupiscat, vel certe ut sit pareus in concupiscendo.

Quomodo utilitas hominum? Res. Primò homo qui suas moderatur concupiscentias, maxima perfruitur iucunditate, & felix poterit appellari: Secundo, Vtile est homini, quod nemo possit res suas non solum auferre, sed neque concupiscere.

Quomodo obsecrantia legis? Respondeo: Ait Catechismus in duobus ultimis præceptis ratio ferè constituitur quæ cætera præcepta seruantur. Qui enim non concupiscit suis contentus, aliena non appetet, aliorum commodis gaudebit, Deo immortalis gloriam tribuet, Gratiis eidem maximas aget, Sabbatum colet, *id est*, quiete perpetua fruatur, majoresque venerabit, neminem denique neque re, neque verbis, neque ullo, alio modo lædet. Ratio est, quia prava concupiscentia stirps ac semen omnium malorum est. Ideo caret illa, via ad omnes virtutes est.

Mala concupiscentia nonne fuit prohibita in quinto, sexto, & septimo præcepto? Res. Fuit.

Quænam ergo erit necessitas hæc ultima dandi præcepta? Respondeo. Ait Catechismus: Duplex fuit necessitas: prima, quia moderatio cordis in concupiscendo super omnia ad virtutem sectandam necessaria erat, idco ad hanc necessitatem magis explicandam, expressè de illa non unum tantum, sed duo præcepta data sunt.

Hoc quoque faciendi majorem reddebat necessitatem ignorantia aliorum, qui, ut testatur Christus, sibi persuadebant licitam, vel non prohibitam esse quamcumque cordis concupiscentiam. Altera necessitas fuit, quia his præceptis plus prohibetur, quam in prædictis: In illis enim prohibitum est, ne quis injustè concupiscat aliena, aut eripere conetur. In his vetatur, ne ullo modo quis concupiscat, est iure id assequi posse, cum ex eius adeptione proximo damnum importari videat.

Hæc præcepta quam afferunt utilitatem? Res. Illam quæ modo dicta est.

Quomodo hæc præcepta inter se conveniunt, & di-

stinguntur: res. Conveniunt, quia utrumque de concupiscentia datum est: Distinguntur, quia cum concupiscentia alia sit voluptatis, alia utilitatis, nonum de prima, decimum de secunda datum est.

*Num. 2.* Quenam est concupiscentia voluptatis? Resp. Illa, qua homo concupiscit libidines, illicitasque voluptates.

*Num. 2.* Quae est utilitas? Resp. Illa, quae concupiscit utilia, veluti pecuniam, agrum, vel domum.

*Num. 6.* Haec praeccepta, sicut & cetera habent-ne partem affirmativam, & negativam? Resp. Habent.

Quid prohibet negativa? Resp. Hoc, Ne male concupiscas.

*Ibidem.* Quid continet affirmativa? Ref. Hoc, Permittitur bene concupiscere.

*Ibidem.* Quare leges humanae non dant praeccepta cordi, solus autem Deus in sua lege illa praebet? Ref. Homines dant praeccepta corum, quae cognoscunt, & vident: Cur ergo cor hominis ignotum hominibus sit, de illo praeccepta dare non possunt: Deas autem cui cor patet, praeccepta cordis dat.

*Num. 5.* Deinde Deus hoc fecit, ut suae legis excellentiam demonstraret, quae non solum sensibus, & membris externis, sed etiam anima, & corde servanda sit: Est enim quasi speculum quoddam, in quo tum animae, tum corporis nostri virtutes, & vitia intuemur.

*Explicatio praeccepti negativi. Num. 2.*

**P**raecceptum negativum prohibet-ne vim, seu facultatem concupiscendi Resp. Non, sed usum illius.

Prohibet omnem usum? Resp. Non, sed malum tantum.

Prohibet-ne malam concupiscentiam tum voluptatis, tum utilitatis? Resp. utramque.

Ex quo cognoscitur, quanam concupiscentia mala sit? Ref. Ex duobus, nempe ex parte rei concupitae, & ex parte modi concupiscendi.

Quomodo ex re concupita? Resp. qui concupiscit rem alienam, seu malam, seu à Deo prohibitam, malam habet concupiscentiam ex parte rei.

Quomodo ex parte modi? Respondeo. Qui appetit licitum, veluti lucrum licitum, vel emere domum,

aut agrum alienum: sed modo illicito, nempe immoderate, & cum excessu, veluti vel multa nimis, vel pauca nimio affectu appetit, malam habet ex parte modi concupiscentiam.

Hoc verbum Domus, quid significat in hoc loco? Ref. Universam proximam hereditarem, vel substantiam, item nobilitatem, dignitatem, statum, famam, gloriam, & alia: Haec enim appetere, illisque invidere prohibitum est.

Cur Deus, bovem, & asinum explicavit? Resp. Ait Catechismus. Ut declararet prohiberi concupiscentiam alienorum, non tantum, quae magna sunt, ut domus, nobilitas, gloria, sed etiam parva, sive animata, sive inanimata.

De quibusnam servis in praeccepto hoc mentio facta est? Ref. Ait. Catechismus. Non tantum de servis captivis, sed etiam de liberis intelligi debet, ideo dicti servi nullo modo debent sollicitari, ut recedant à dominis: Imò si ante debitum tempus recesserint, admonendi sunt, ut redeant.

Quid hoc loco nomine proximi significatur? Resp. Accipitur non tantum largo modo pro omni proximo, sed pro vicinis, & propinquis habentibus res suas, intelligi debet: Rectam enim & personarum propinquarum specialis prohibitio de non concupiscendo facienda erat.

Quae prohibitio facta est de non concupiscenda aliena uxore? Ref. Ait. Catechismus. Primò, prohibitum est, ne quis adultero affectu illam concupiscat: Secundò, Ne concupiscat in uxorem, dum eius maritus vivit, imò, ut neque post mortem viri velit accipere, debet sibi proponere, ne aut cupiat vitium illius mori, aut in adulterandi incidat tentationem: Tertio, Mulieres aliis desponsatas concupiscere in matrimonium non licet, quia contra fidem datam est. Quarto multo minus, quae Dei cultui voto consecratae sunt: Quintò, Qui verò, ut contigit Pharaoni & Abimelech, cupit matrimonio conjugii cum muliere, quae maritum habet, sed nescit illam habere, & si sciret non cuperet, non facit contra hoc praecceptum.

*Num. 14.*

*Num. 19.*

*Num. 16.*

*Num. 17.*

*Num. 19.*

*et 20.*

*Explicatio præcepti affirmativi. Num. 3.*

Num. 6.

**P**ræceptum affirmativum quid præcipit? Res. Ut concupiscentias carnis compescamus, illasque legi Dei rectæque rationi subdamus, ut ea quæ spiritus adversus carnem concupiscit, appetamus: ut virtuosas affectiones accipiamus & alia huiusmodi, veluti odium, & contemptus sui ipsius, abnegatio propriæ voluntatis, contemptus mundi, voluntaria paupertas, humilitas, obedientia, aliaque similes virtutes.

Num. 7.

Concupiscentia bene regulata prodest ad virtutes? Res. **A**it Catechismus, Prodest. Primò, quia efficit, ut licitè concupita assiduis precibus à Deo petamus: Si enim hæc concupiscentia rerum non esset: neque tam multæ preces fierent in Ecclesia Dei: Secundò, Ipsa facit ut chartiora sint nobis Dei munera, nempe cum à Deo accipimus concupita: Tertio, Ex iucunditate, quam homo accipit à concupitis, provocatur ut devotius Deo gratias agat.

*De actibus virtuosos, & vitiis cordis circa concupiscentiam. Cap. 111.*

Num. 1.

**Q**uam actus cordis sunt virtuosus circa concupiscentiam? Res. Sunt multi, & præcipue sequentes.

*Ibidem.*

Primò, Odium, contemptus, & abnegatio sui, luxuræ voluntatis.

*Ibidem.*

Secundò, Carnis mortificatio, sensuum item atque passionum.

Num. 21.

Tertio, Contemptus mundi, honoris, vanitatis, ac divitiarum.

*Ibidem.*

Quartò, Captivare suum intellectum in obsequium Christi, non inniti prudentiæ suæ.

Quintò, In omnibus conformare se divinæ voluntati; Velle quod Deus vult: Demum obedientia, resignatio, indifferencia voluntatis erga Deum, & superiores ab illo datos.

Sextò, omni custodia custodire cor, ne illicitas sequatur voluptates.

Septimò, Puritas cordis ab inquinamentis voluptatis. *Ibidem.*

Octavò, Actus temperantiæ, veluti humilitas, sobrietas, castitas, continentia. *Ibidem.*

Nonò, Suis facultatibus, statu, qualitate contentum esse, aliena non appetere: Aliis non invidere, Gaudere de commodis, & bonis aliorum. *Num. 1.*

Decimò Non appetere vindictam: non honores: Neminem lædere. *Ibidem.*

Vndecimò Concupiscere mandata Dei: In illius beneficiis delictari: De illis gratias agere. *Num. 1. & 9. n. 10 & 11*

Duodecimò, Omnes cordis petitiones, & concupiscentias subdere legi Dei, rectæque rationi. *Ibidem.*

Decimotertio, Cibum, potum, vestes, domum, somnum, & alia juxta præscriptum rectæ rationis appetere. *Num. 1.*

Decimoquarto, Eodem modo diligere filios, uxorem, parentes, amicos, atque propinquos. *Num. 1 & 4.*

Decimoquinto Egeltatem, & defectus rerum temporalium, & res adversas patienter ferre: Hæc & similia concupiscendi vim continent in virtute.

Qui sunt actus vitiosus? Respondeo, Contrarii iam dictis, Veluti Luxuria, Gula, Ebrietas, Intemperantia, Superbia, Amorsui, mundi, carnis, voluptatis inordinatus? Item talis amor propinquorum, amicorum, facultatum, famæ, invidere aliis. Aliena appetere: Vindictam concupiscere, in devotio erga Deum, Ingratitudo, Tædium spirituale, Acedia, Otium, Pigritia, aliaque huiusmodi multa.

Peccatæ etiam in hoc præceptum ait Catec. *Num. 21.*

Qui lussionibus non honestis delectantur. *Ibidem.*

Qui ludis immoderate aburantur. *Ibidem.*

Qui Choceis, Pompis, Comædiis, Venationibus: & aliis nimis delectantur. *Ibidem.*

Qui rerum penuriam, annonæque caritatem expetunt, ac cupiant, ut nullus vendat aut emat, quod ipsi carius aut vilius vendere, aut emere possint. *Ibidem.*

Item qui alios egre cupiunt, ut ipsi vendendo, aut emendo lucrentur. *Ibidem.*

Milites qui bellum expetunt, ut furentur. *Ibidem.*

Medici, qui morbos desiderant. *Ibidem.*



*Ibidem.* Iurificonsulti, qui causa, & lites multiplicari, & augeti concupiscunt.

*Ibidem.* Artifices, qui ob quæstum penuriam omnium ad victum & vestitum exoptant.

*Ibidem.* Qui alienam laudem gloriamque appetunt: præcipue si illis obrederent, ipsique sint ignavi, nulliusque virtutis: His, & aliis modis concupiscendo peccatur.

*Num. 10.* Qui commouetur, & incitatur ad male concupiscendum peccat: Resp. Peccat si adit consensus.

*Num. 10.* Si sensui placeat illa commotio, sensusque in illa delectatur, sed displicet rationi quæ nolle illam habere, dicitur consensus: Resp. Non quia nobilior pars hominis quæ est ratio, non consentit.

*Ibidem.* Si Ratio aduertet tali commotioni, & non curat illam impedire, & permittit sensum in illa immorari, & delectari, homo dicitur consensusse, atque peccasse: Resp. Ita est, quia etiam ratio tacitum præbet consensum.

*Num. 4.* Omnis mala concupiscencia, cui homo consentit, erit peccatum mortale: Resp. Non omnis erit.

*Ex n. 10.* Quamnam erit talis? Resp. Potest esse talis, vel ex parte rei concupitæ, vel ex parte modi concupiscendi, ut dictum est.

*Ibidem.* Quomodo ex parte rei concupitæ? Ref. Cum Deus sub pœna peccati mortalis prohibuit concupiscenciam alicuius rei veluti furti, vindictæ, fornicationis, tuæ qui consentit ad dicta concupiscenda, mortaliter peccat.

Quomodo ex parte modi? Resp. Si quis diligit, vel concupiscat ea, quæ Deus concupiscere permittit, veluti fanitatem filij: sed adeo inordinatè id faciat, ut etiam per superstitiones, & incantationes velit procurare, tunc talis concupiscencia mortale est: quia etiam per peccatum mortale paratus est obtinere: & Theologi dicunt quod in tali casu homo ponit ultimum finem sui in illa re; & illam diligit plusquam Deum. Idem erit de ludo, lucro, amicitia, aliisque multis.

*De moribus pro observantia huius præcepti. Cap. IV.*

*Num. 2.* *Ex n. 23.* **Q**uid debet Parochus circa hoc præceptum præstare? **R.** Duo, nempe, Primo, explicare præceptum, & ob-

seruantiam illius: Secundò, Dirigere, & incitare populos ad dictam illius observantiam.

Quomodo hoc secundum præstabit? Resp. Motivis, & *Num. 1. 2.* remediis.

Quomodo motivis? Resp. Explicando necessitatem, utilitatem, facilitatem, dignitatem, honestatem, iustitiam, iucunditatem talis observantia: *Num. 1. 6.* *Ex n. 1. 2.*

qua ratione explicanda necessitas? Resp. Proponendo esse præceptum & esse de necessitate salutis, quid de utilitate dicendum? Resp. Primò, hac observantia quis potest mereri vitam æternam: & penas evadere inferni: Secundò, Rem Deo gratissimam facit: Tertiò, Proximo maxime consultit: quartò, Sibi ipsi divitias, & felicitatem parat: quintò, Hac observantia totum cor hominis, totusque homo tam exterior quam interior ordinatur: Sextò, per illam observantia totius legis adjuvatur.

Quæ damna sequuntur ex inobservantia? Resp. Contraria jam dictis, nempe amissio Paradisi, demeritum ad infernum, Deum offendere, seipsum, & proximum. Paupertatem, miseriam, infelicitatem sibi parat. Totum seipsum deordinare. Difficilem sibi reddere totius legis observantiam. Ad omnia peccata præcipitem se dare; Tenetibus obsecrari. *Num. 1. n.* *Ex n. 1. 10.* *Ex n. 11.* *Ex n. 23.*

Quomodo hæc observantia hominem divitem, inobservantia pauperem facit? Resp. Ille qui habet plura bona, quam illi opus sit, dives est: Ille, qui minus habet quam oportet, pauper erit. Abundantia enim divitem, defectus pauperem facit. At ille, qui contentus est suis, & non cupit aliena, omne illud habet quod cupit, ideo nihil illi deest, & dives dici potest. qui vero suis non est contentus, sed alia appetit, omnia illi desunt, quæ vellet habere, & non habet; ideo ille dives, hic pauper erit.

Quomodo faciunt felicem, & infelicem? Respondeo. Ille est felix, cuius desideria satiata sunt. Ille infelix, qui non habet, quod cupit: ideo Seneca dixit *Qui optinam desideriiis clausit, quasi cum Deo de felicitate contentatis* volens asserere quod felicitas sit idem, quod desideriorum satietas: Hæc autem sine dubio per dictam observan-

*Ibidem.*

tiam obtineretur? Sicut de inobservantia contrarium dicendum erit.

*Ibidem.*

Quomodo iucunditas explicando? Respondeo. Primò felicitate, & divitiis, id est iucunditas. Secundo, ait S. Aug. *Summa iucunditas, & felicitas posita est in hoc, quod homo in se ipso sit ordinatus.* Et *summa miseria est sui deordinatio.* Cum ergo observantia huius præcepti ordinet totum hominem cum lege, & voluntate Dei, item cum recta ipsius hominis ratione, inobservantia verò contrarium faciat, manifestum erit, quod iucunditas in illa miseria in ista reperietur: Tertio, qui multa desiderat, quæ non habet, nec potest habere plurimum contristari, inquietari, & affligi necesse est.

*Nam. 13.*

Quid de facilitate dicendum? Respon. Multo facilius est, pauca, quam multa, & sua quam aliena obtinere: qui ergo multa & aliena, & à Deo prohibita concupiscit, incidit in varios labores, difficultates, tentationes, aliæque incommoda, quæ fugit, qui suis contentus est.

*Petit. 3.*

Quid de iustitia explicandum? Resp. ait S. Aug. *Voluntas Dei recta est, hominis curva: Non illa curvanda est ad nostram: sed nostra corrigenda ad illam: Ideo iustum est, ut nos dicamus, Fiat voluntas Dei, non autem, Fiat voluntas nostra, vel quod nos concupiscimus.*

*Nam. 21.*

Quid de dignitate, & honestate? Respondeo. Servire Deo illiusque legi, ac voluntati obtemperare summa dignitas est. Hominem quoque à vanis, illicitisque concupiscentiis abdicari res dignissima, purissima, & honestissima est.

*Nam. 2. & 1. 22.*

Quæ sunt, remedia contra malam concupiscentiam? Ref. Alia sunt in cogitatione, alia in actione.

*Nam. 13.*

Quæ in cogitatione? Respondeo. Cogitare quæ dicta sunt. Item memoria mortis declarat unitatem concupiscentiæ: Infernus & illius pœnæ declarant pessimum finem illius: juxta illud, *Extrema gaudii luctus occupat:* Considerare, quod mala cupiditas omnium malorum & peccatorum origo, fons, & sedes est: & quod sectatores illius in barathram omnium miserationum deducuntur: & quod nunquam voluptate satiantur: imò semper illius suis crescit, & exardescit. Memoria & meditatio passionis Christi supra quam dici potest hujus concupis-

cent & declarat miseriam, & vanitatem, cogitare quod animalia brutà sensum, homo, verò rationem, & virtutem sequi debeat, & alia huiusmodi.

Quæ sunt in actione? Ref. Frequens peccatorum confessio: Nec non usus Eucharistiæ: Abnegatio sui propter Christum: Amor & imitatio Christi, sciuntium, Carnis mortificatio, passio, sumque illius: Devotio, & amor erga Deum Cordis custodia: Labor & occupatio. Lectio librorum spiritualium. Fugere occasione concupiscendi, ut videre, aliqui, malas habere societates & alia, quæ in sexto & septimo præcepto sunt explicata: Hicque sit finis hujus tractationis.

Quomodo quis poterit uti hæc in totum Decalogum tractatione? Ref. Primò, ex illa poterit explicare singula præcepta: Secundo, Declarare illorum observantiam. Tertio, accipere motiva ad persuadendum: Sicque lex Decalogi erit veluti Speculum quoddam, in quo possumus omnia nostra peccata, & vitia, necnon virtutes intueri, eademque aliis opportunè manifestare. Eridet talis usus illius erit.

*Ex Præf. 7. n. 12. & 13. Hic per 101 iam.*

